



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titulus V. De Præbendis, & Dignitatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

fratru defunctor. & litigatur contra emancipationem, quia non emancipator, sed alius in iudicio adfuerat. Et in l. servo manumisso, § 8. ff. de condit. indeb. servus, qui accipit pecuniam, non obstante regula textus in d. l. post mortem, l. cas, C. de transact. in iudicio repetitur, quia non ipse, sed affertor liberatus litigabat, ex l. 1. C. de assert. vol. l. 1. C. de liberat. caus. Accedit, quia in presenti casu propter publicam Ecclesie utilitatem poterat, qui privilegium concessit, contra factum proprium venire, ex l. 1. C. de predis minor. l. qui inde, C. de agricolis, lib. 11. Nec obstat augmen-

tum ipsius dubitandi rationis, nam in presenti specie non agitur de puniendo absente ex justa causa, & non residente; quia tunc non erat locus alicui poenae, argumento legis Gracchiae, 4. C. ad leg. Jul. de adul. sed de revocando absente, ut non obstante privilegio sibi concessio, in propria Ecclesia resideat: quare non per privationem beneficii, ut alii sine justa causa & contumaciter absentes, juxta textum in cap. 2. cap. qualiter, cap. inter, cap. ex tua, hoc est, est revocandus, sed potius per subtractionem proventuum, & aliis juris remediis, argumento textus in cap. 1. de iudiciis, cum vulgatis.

CAPVT VII.

(a) Idem.

Clericos in Ecclesia tuae jurisdictionis, beneficia, quae residentiam exigunt, affectos, si ad alterius diocesim absque licentia tua morandi causa transferint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationabiliter ostenderit) spoliare.

NOTÆ.

to rescribat in presenti decretali non constat, eam tamen exposui in cap. 2. cap. ex tua, supra hoc tit.

[Dem.] Gregorius IX. videlicet: cui Praela-



TITULUS V.

De Præbendis, & Dignitatibus.

CAPVT I.

Ex Concilio (a) Pictaviensi.

Ut nullus de Clero, sive populo (b) ecclesiastica bona (c) jure consanguinitatis sibi requirat habenda.

NOTÆ.

(b) Ecclesiastica bona.] Cum veteres glossatores, & classici repetentes adhuc textum, Concilio ipso Triburiensi, & ejus canonibus caruisent, ex conjecturis tantum veram sententiam hujus textus inquirentes, in varias divisi fuerunt sententias. Glossa verbo *jure sanguinis*, & Holtiensis *hic*, quos sequitur Quintanadvennas *dict. 2. p. n. 9.* existimantur bonorum ecclesiasticorum nomine in presenti intelligi ea bona, quae Ecclesia temporalis dominio habet, & alienari prohibentur in c. non liceat 12. *quast. 2. cap. nulli, 5. de rebus Eccles.* in quibus propter nimiam haeredum Praelatorum Ecclesiae avaritiam, qui praetextu rerum patrimonialium defuncti, bona etiam Ecclesiae occupabant, hoc deserto canone opus fuit; et si jam non ita expressè id cautum esset in cap. manifesta, 20. cap. sunt manifesta 21. 12. *quast. 1. cap. sacerdoti, 1. cap. presbyter 3. 12. quast. 4.* Sed haec sententia aperte convincitur ex rubro, sub quo praesens textus, tam in prima, quam in

2.

(a) Pictaviensi.] Ita etiam legitur in cap. 1. hoc tit. in 1. collect. ubi additur pars capituli decreti, ut etiam habetur in cap. 2. de cohabit. cleric. sed praesentem canonem non repetiri in Concilio Pictaviensi, notarunt Ant. Augustin. in praesenti, Quintanadvennas *Ecclesiast. lib. 2. n. 1.* sed inter canones hujus Concilii editos à Baronio tom. 12. anno 1100. num. 19. Severino tom. 3. *Concil. p. 1.* Corjolah in *summa Concil. fol. 489.* referuntur haec verba, prout in presenti referuntur: & quia primus canon ipsius Concilii incipit, *decrevit sancta Synodus*, ideo in dicta prima collectione in epigrapha hujus textus, & dicti capituli 2. de cohabit. additur pars capituli decreti, quasi in eis referantur partes ipsius canonis 1. Historiam hujus Concilii jam dedi in c. 1. de atat. & *quast. cap. 1. de filio presby.* ubi alii canones ipsius Concilii referuntur.

D. D. Gual. in *Decretal. Tom. III. Pars I.*

L

haec

hac sexta collectione compilatus reperitur, cum quilibet textus debeat interpretari juxta titulum sub quo jacet, *l. 2. §. siquid autem, C. de veteri jure, l. Imperator, 16. ff. de in diem addit.* junctis traditis à Morla in *empor. ut. de legibus, quest. 11. num. 24.* notantur Cujac. *lib. 3. obs. cap. 38.* pro expositione textus in *l. 1. C. de dolo*, Donellus *lib. 15. comment. cap. 32.* pro illustratione textus in *l. cum facit, ff. de vi & vi.* Unde si in presenti canone ageretur de rebus temporalibus Ecclesie alienari prohibitis, ex successione non retinendis, potius textus hic compileretur sub titulo de rebus Ecclesie, quam sub presenti rubrica, præcipue cum successio alienationis verbo contineatur, *l. hereditas, ff. de reg. jur. l. legatum 36. l. legatum 80. ff. de legat. 2.* Hac omiſſa sententiâ, Joannes Andreas, Abbas, Decius, Cardinalis & Anania hic, Ludovicus Gomez in *praxi beneficio seu regula de infirmis*, *1. p. q. 2.* Duarenus de *sacris Eccles. ministr. lib. 7. cap. 7.* & alii congesti à Cenedo ad *Decret. collect. 89.* existimant bona ecclesiastica in presenti accipi pro beneficiis ecclesiasticis, ita ut verus sensus hujus textus sit, quod nullus ecclesiastica bona, id est, beneficia jure successionis sibi requirat habenda; primis enim Ecclesie sæculi sancti Patres in discrimine vite constituti, viram litteris, & virtute pollentem ostendere solebant populo, post mortem à collegio clericorum sibi in successorem eligendum, ut infra dicemus; qui prius usus bono animo inceptus, postea crescente hominum malitiâ, in perniciem Ecclesiarum flecti cœpit; siquidem sacerdotes sibi successores non digniores designabant, sed quos ob sanguinis conjunctionem chatiores habebant; nec clericorum electio sublequebatur, sed defuncti designatio pro populi electione habebatur, *cap. plerique, 5. cap. Moyses 6. 8. quest. 1.* quod cum valde absurdum esset, Patres Concilii Pictaviensis in presenti statuerunt, ne ecclesiastica bona, id est, beneficia, aliquis jure sanguinis præsumat occupare. Sed etiam hæc interpretatio minus congrua videretur ex illis verbis presentis textus; *Nullus de clero, sive de populo*: quæ non solum ad clericos, sed etiam ad laicos spectant, juxta textum in *cap. duo sunt 7. 12. quest. 1.* laici autem incapaces sunt obtinendi beneficia ecclesiastica, quocumque modo, *cap. sacrosancta 51. de elect. ubi probavi.* Frustra igitur illis prohiberetur successio in beneficiis, cum ipsi non solum successione, verum nec electione ad beneficium admitti possint. Deinde refugantur illa verba: *jure consanguinitatis*, &c. si animadvertamus, quod etiam juxta strictam significationem consanguinitas accipiatur pro quacunque fraternitate, *cap. sunt autem, Insti. de legit. agnat. success. l. non epistolis, 13. C. de probat.* quam fraternitatem inter diversas personas sine ullo sanguinis nexu vinculum civile, scilicet adoptio admittit, ut observavit Cujacius *lib. 11. obser. cap. 26* tamen amplior significatio est consanguinitatis, quæ sanguinis unitatem dicit, *cap. de affinitate, cap. conjunctiones, cap. consanguinitas 35. quest. 2.* & cum successiones ab intestato regulariter ob sanguinem deferantur, *l. 1. ff. de legit. tutor. princip. Insti. de succes. ab intest.* inde deducitur, per illa verba, *jure consanguinitatis*, Patres removere voluisse successionem ab intestato in bonis Ecclesie, quæ admittit prædictâ interpretatione, cessabat, cum po-

tius ex electione, & designatione defuncti, quam ab intestato successore vocaretur. Igitur textus hic non potest intelligi de beneficiis ecclesiasticis. Rejicitur tandem hæc secunda interpretatio ex illis verbis, *Ecclesiastica bona*, quæ de beneficiis accipi non possunt; nam beneficium ecclesiasticum est jus spirituale ministerio adnexum, ut infra dicemus; jura autem, & bona distinguuntur, quia jus incorporale est, bona autem corporalia dicuntur, *l. 1. §. quadam, ff. de rer. divis.* Unde hæc hereditas distinguitur à rebus hereditariis, *l. hereditas, ff. de pecis. heredit. l. 2. ff. de heredit. vel actione*; & per consequens distingui debet beneficium ab ipsis bonis beneficii. Alii autem textum hunc accipiunt, non de beneficiis, aut bonis temporalibus Ecclesie, sed potius de bonis, quæ beneficiarius intuitu Ecclesie ex fructibus sui beneficii percipit, in quibus nec ex testamento, nec ab intestato successorem habere potest jure communi, *cap. fixum 4. 12. quest. 5. cap. cum in officio, de testam. cap. 3. de peccul. cleric.* ubi dicemus: quam interpretationem adduxerunt Hostiensis in presenti, *Quintanadvennis lib. 2. Ecclesiast. num. 95.*

Licet hæc ultima interpretatio improbabilis non sit, tamen secunda sententiâ magis præsentati rubro consona Vespertinis nostris Antecessoribus visa est, & mihi facile probatur ex se sententiâ, & verbis hujus Concilii Pictaviensis, in quo tantum agitur de beneficiis ecclesiasticis, & clericorum ea possidentium honestate. In primo canone cavetur, ne Episcopi, Presbyteri, Abbates, vel qualibet persona de Clero accipiat Episcopatum, beneficium, vel Abbatiam de manu laici; & statim canone sequenti cavent Patres, ne prædictas dignitates quicquam per pecuniam acquirat; & statim ajunt: *Item ut nullus de clero, sive de populo bona ecclesiastica jure consanguinitatis sibi requirat habenda.* Igitur cum in duobus prioribus canonibus actum esset de beneficiis ecclesiasticis non obtinendis de manu laici, aut per pecuniam, necessarii verba hujus textus, quæ sequuntur, exaudiri debent de eisdem beneficiis ecclesiasticis, præcipue cum Patres utantur dictione illa, *item*, quæ est continuativa & repetitiva qualitatum præcedentis orationis, ut in *l. item, ff. de procurat. l. item eorum, ff. quod cuiusque univers.* Illustrat Barbosa de *divisionibus, dict. 185.* Nec hæc secunda sententiâ retenti, obstant difficultates, quas adversus eam expegebamus. Non prima deducta ex illis verbis, *nullus de clero, sive de populo*; quia licet verum sit laicos incapaces esse beneficii ecclesiastici, ut latè probavi in *dicto cap. 51. de elect.* tamen possunt præsentari, & eligi ad beneficium, ut intra tempus à jure assignatum ad ordines promoveantur; unde in presenti textu prohibent Patres, ut non solum clericis, qui actu capaces sunt beneficii ecclesiastici, verum nec laici, qui propter indignitatem non sunt eligi, & præsentari ad beneficium ex designatione defuncti, juxta corruptelam supra relatam beneficium ecclesiasticum possint retinere. Nec obstat secunda difficultas deducta ex illis verbis, *jure consanguinitatis*; nam licet cum agitur de successione defuncti, jus consanguinitatis pro jure intestati accipiatur, *§. ceterum, Insti. de legit. agn. succes. l. si spurus, ff. unde cognati*; tamen

in præfenti pro quolibet modo succedendi accipiuntur, videlicet hæreditario, vel ex designatione aut nominatione defuncti, juxta textum in cap. Moyses, cap. Apostolica, 8. quæst. 1. Nec tandem ultima difficultas obstat, deducta ex illis verbis, Ecclesiastica bona; nam licet regulariter bona à juribus differant, tamen plerunque bona jura significant, ex generali illa denominatione, scilicet, quod beatos nos faciant, & dominus suis profint, quam tradidit Ulpianus in l. bonorum 49. de v. s. Et rectissime jura, & actiones comprehenduntur, quia non parvam utilitatem afferre solent, l. rem 51. ff. de acquir. rer. domin. l. bonorum 49. l. bonorum 208. ff. de v. s. junctis traditis à Fornerio, Gedeo, & Gentili In eodem textu, Pinello in v. b. C. de bonis mater. 2. p. nam. 5. Barbosa in l. si constante, §. final. ex num. 2. ff. solut. matrim. juxta quam generalem acceptionem Patres in præfenti Ecclesiastica beneficia bona dixerunt aut quia constant ex Ecclesiasticis bonis, aut quia profint possessoribus, eosque beatos reddant.

(c) *Jure consanguinitatis.* Videlicet ratione, seu affectione sanguinis, aut jure successione legitimo, vel hæreditario: in aliis autem casibus plurimum interest, an successio deferatur jure sanguinis, an hæreditario; quæ enim deferuntur jure hæreditario, tantum hæres institutus capit; quæ verò jure consanguinitatis deferuntur, illis competunt, qui jure sanguinis succedant, etiam hæres non instituantur, ut probant Valascus de jure emphyt. quæst. 50. num. 7. Tiracuellus de primog. quæst. 40. à num. 15. pluribus relatis Molina lib. 1. de primog. cap. 8. num. 6. qui de feudis, majoratibus, & jure patronatus Ecclesiastico latè agunt, quod & in jure libertorum procedit; nam jus illud in bonis liberti competens, jure sanguinis deferretur. Chumacero select. juris cap. 1. num. 5 unde libertus operas debet præstare filiis patroni, non autem ejus hæredibus extraneis, l. cum patronus 22. §. cum libertus, l. si operarum 297. de oper. libert. & si plures sint filii, pro æqualibus portionibus præstantur, etiam si ex inæqualibus instituti sint, l. ut iuraturandi, 7. §. 1. ff. de oper. libert. nisi opere sint fabriles, in quibus stipulatio interposita attenditur, l. fabriles 6. ff. de oper. libert. Similiter jus successione in bonis liberti, filiis jure sanguinis deferretur, non ut hæredibus, sed ut filiis, l. filii 9. ff. de jure patron. l. patroni 39. ff. de bonis libert. Nec obstat quod filii ex hæredati, ab ea successione removentur, l. si ex patronis 10. §. Fulvianus, l. quod si pater 11. ff. de bonis libert. l. 11. ff. de Carbon. adeò ut tacita ex hæredatio; quæ ex præteritione militis inducitur, eundem effectum habeat, l. si patronus 12. in princip. ff. de bon. libert. Cui non obstat textus in l. Paulus 47. §. ult. ff. eod. tit. videndi sunt Costa in l. Gallus, §. Quis si tantum, 1. p. numer. 54. Cujacius lib. 14. observ. cap. 5. Valentia tom. 3. tract. 3. cap. 4. num. 26. dicendum est ex traditis à Chumacero supra, num. 13. Costa de patrono & nepote 2. p. num. 12. quod licet ex hæredati filii jura filii retineant, & in familia testatoris maneat; privatur successione libertorum, quia parentibus permittum est filios ex hæredare, ut eo metu illos in pietatis officio sibi debitis facilius contineant. Cum ergo filii ex hæredationem meruerant, æquum est per hujusmodi ex hæredationem eos privari, non solum successione D. D. Genzal, in Decretal. Tom. III. Pars I.

Patris, verum & libertorum, etiam avitorum, quamvis jure sanguinis talis successio deferatur patrono, ejus filiis, & nepotibus, propter pietatem sibi debitam; argumento legis liberti 9. ff. de obseq. Sicut enim filii paternam pietatem demeruerunt, sic & aliis commodis, quæ propter pietatem illis debebantur, privantur. Unde provenit, quod si ex hæredatio ut injusta irritetur, filii jus patronatus plenum retineant, de l. si patronus, §. si quis. Idem procedit si filii bonâ mente, ut plerunque fit, l. multi 8. ff. de liber. & posthum. ex hæredati sunt, quia tunc non excluduntur à tali successione, d. l. si patronus 12. §. si quis non mala, d. l. Paulus 47. in princip. & §. ult. juxta communem interpretationem. Similiter etiam ex eadem ratione, si filii ex hæredati in eodem gradu substituti sunt, non arceantur à prædictâ successione, d. l. si patronus, §. si Patroni. Potiori etiam ratione, si filii se abstinerint ab hæreditate paterna, successione libertorum retinent, l. filii 9. de jure patron. quia talis successio jure sanguinis illis detertur: quo casu accipiendus est textus in l. si operarum 29. ff. de operis lib. juncto Cujacio lib. 16. obs. cap. 4. Igitur (ut ad institutum redeamus) quamvis in iis, & aliis casibus plurimi interst, jure sanguinis, an hæreditario successio deferatur; ac in præfenti casu, cum de improbanda successione agitur, non solum successio jure sanguinis, quæ ab intestato dicitur, damnatur, verum & successio hæreditaria, atque illi similis, quæ provenit ex nominatione, aut designatione defuncti, ob rationem consanguinitatis, vel dilectionis; qui est casus proprius hujus canonis, ut supra probavi. Unde merito titulus successione in beneficiis generaliter irritatur, in cap. Episcopo 3. & 4. cap. plerique 5. 8. 9. 1.

COMMENTARIUM.

EX præfenti canone juxta supra traditam interpretationem communiter sequens deducitur assertio; *In beneficiis ecclesiasticis non succeduntur jure sanguinis, vel hæreditario.* Probant eam textus in can. 75. Apost. ibi: *Negocium enim Ecclesiam Dei conferre debet in hæredibus.* 1. cap. Moyses, cap. Apostolica, & fere per totam 8. quæst. 1. cap. accepimus, de pactis, cap. ex transmissa, in fine, cap. ad extirpandas, ubi plura congesti, de filius presby. cap. ad hæc, de decimis, cap. Consulunt, de jure patron. cap. qui in aliquo §. dist. 51. Hilarius Pontifex epist. 1. cap. 3. ibi: *Nec Episcopalis honor hæreditario jure præstetur, qui nobis solâ Dei nostri benignitate confertur.* D. Isidorus lib. 2. de ecclesiast. offic. cap. 9. ibi: *alii successores filios, vel parentes faciunt, & conantur posteris Prælati relinquere dignitatem, cum hoc nec Moyses amicus Dei facere potuit, sed Josue de alia tribu elegit, ut sciremus Principatum in populo, non sanguine deferendum, sed merito vult Lucius III. cujus verba extant post Concilium Lateranense, p. 14. ibi: *Consulere decrevisti, de quibus personis intelligendum sit, unam alteri in Ecclesiasticis beneficiis non succedere debere, utrum scilicet de sacerdotibus & eorum filijs dimittaxat, an de aliis quibusdam personis.* Novimus ergo, quod ad ecclesiastica beneficia nullum secundum canones admittent dicere credimus, nisi ex electione canonica vocatum. Illibet. Cenoman. ep. 4. *Aud. vultis autem, & ultra quam credi possit, admirari sumus, in vestra**

LIBRA
EIN
37020
GV

matre Ecclesia hereditario jure canonicas obtineri: perniciofa haec, & exheredandi haereticas, Trid. sess. 25. de ref. c. 7. alia juris testimonia congerunt Ant. Aug. in epi. Juris Pontif. lib. 4. tit. 75. Crespetius in summa, verbo. Benef. nullus per successionem. Illustrant ultra congestos in praesenti à Barbola & Garanna, Quintanadvennas lib. 2. Ecclesiast. Boëtius Epon. tom. 3. q. 99. heretic. tit. 1. n. 13. Chopinus lib. 2. sacr. pol. tit. 2. num. 16. Mancinus sacr. juris contror. tit. 43. & genial. cap. 177. Espenceus ad D. Paulum lib. 2. de res. cap. 21. per totum. Bosquetus ad Innoc. III. lib. 1. epist. 48. Petrus Gregorius de elect. cap. 7. & lib. 42. synag. cap. 7. Cretolius lib. 2. my. flag. cap. 5. Jul. Lavor. lucubr. tit. 4. de elect. cap. 3. Sebastianus Calear de Eccles. hierarch. distinat. 1. §. 5. Vigel. in meth. juris can. fol. 33. Corjolanus in summa Concil. in Synodo Roman. sub Bonifacio II. Marquez in gubernator. lib. 2. cap. 3. Hurtado de resid. tom. 1. de resid. tom. 1. de resid. Pontif. resol. 1. cap. 3. Barbola de potest. Episcop. lib. 1. tit. 1. c. 3. Ioan. Dantis de benef. p. 4. §. 1. P. Marcha lib. 6. concord. c. 7. Theoph. tom. 12. tract. mala è bonis, lib. 2. sect. 1. cap. 3. fol. 144.

6.
Impugna-
tur tradita
assertio.

Sed pro dubitandi ratione ita in praesentem assertionem insurgo: In omnibus officiis, & dignitatibus, etiam summis sceptris, potiore esse successionem, & electioni esse praerendam, plura luadent; illud enim est in electionibus incommodum, quod non ita pacatae sint, & quietae, sed plerumque seditionum turbinibus obnoxia, cum is ferè semper contemnatur, qui à privata fortuna obreplit ad dignitatis insignia; nec caret invidia qui ex aequalibus repente ceteris praest. Accedit omnium ferè gentium consensus, quatuor legibus sancitum est, usque receptum, ut Regnum, Ducatum, Comitatum successores, non suffragiis optimatum, aut populi in comitiis eligantur, sed filii parentibus, aut propinquis propinqui jure sanguinis succedant, ut late probant auctoritatibus, & rationibus politis P. Menochius lib. 1. polit. cap. 6. Kochier lib. 1. polit. cap. 22. Marquez in gubern. lib. 2. cap. 3. Salcedo de regim. Princip. lib. 4. cap. 1. dist. 43. Madera de Monarch. cap. 4. Simancas de republ. lib. 3. cap. 5. Liphius lib. 2. civil. doctrin. c. 4. Igitur in beneficiis etiam, & dignitatibus Ecclesiasticis praerenda est successio jure sanguinis, electioni. Augetur haec difficultas, ut defacerdotio tantum, & divinis ministeriis agamus, ex exemplo sacerdotum veteris legis, & religionis Gentilitiae; apud Hebraeos enim sacerdotium, in quo legis gratia sacerdotum prafiguratum fuit, jure hereditario ex Aaron ad filios ejus, & ceteros descendentes deferebatur, juxta illud Exodi cap. 19. vers. 24. Aaron, & filio eius applicabis: non tamen omnes admittebantur, sed tantum masculi ex masculis descendentes ex stirpe Aaronica. Unde Moles Maimonides ad illud Numeror. cap. 18. Alienigena, sive extraneus non miscbitur vobis, ait: Extraneus, seu alienigena hic est, quisquis non fuerit ex semine Aaronis, idque ex masculis, secundum id quod scriptum est Levitic. cap. 1. vers. 8. Et disponet filii Aaron. Et cap. 3. vers. 8. Adolebunt filii Aaron. Filii Aaron, & non filia Aaron. Idem Maimonides cap. 4. Amakdash, ibi: Mortuo Rege, aut Pontifice, aut alio quovis in dignitate perpetua constituto, loco ejus substituitur filius ejus, aut is, qui jure hereditario est proximus; nam quisquis in hereditate antecessoribus est, etiam in defuncti dignitatibus est antecessor.

ferendus, modo ejusmodi fuerit, ut locum ejus cum sapientia suppleat, aut saltem cum timore, tametsi et sapientia sic dispar, secundum id quod scriptum est Deuteronom. 17. vers. 20. de Rege: Ipse, & filii ejus in medio Israel. Annuaadvertendum est inde, regnum esse hereditarium, atque hoc etiam jus est in universis dignitatibus, quae sunt in medio Israel, ut qui in earum aliquam fuerit electus, id eam non sibi solum, sed & posteris suis reuneat. Unde sacerdotum in ea lege junctum erat cum primogenitura, ita ut jure sanguinis in filios transfret, ut ex d. cap. 19. Exodi, probat Marquez ubi supra, fol. 219. Belarmin. tom. 2. contror. lib. 5. de cleris. cap. 6. Seldenus de success. Hebr. eor. lib. 1. cap. 2. Apud Gentiles jure successionis sacerdotia defacti referret Cicero, & ex eo Catapens in notis ad Plinium, lib. 6. epist. licet frequenter jure electionis, vel à populo faciende, vel à Collegio sacerdotum crearentur sacerdotes, ex traditis à Rosino lib. 3. antiquit. cap. 8. Igitur etiam in lege gratia in beneficiis jure sanguinis successio admitti debet. Augetur secundò hac difficultas ex facto D. Petri, quod refertur in cap. si Petrus 8. q. 1. cum enim se morti proximum agnosceret, convocatis fidelibus, sic eos affatus est: Clemens, tanquam qui omnibus presbiter noveris, singulos prout poteris jura, & singulos releva, qui singulorum onus, & sollicitudinem portas. Refertur in cap. Clemens 8. quest. 1. & ipse Clemens in cap. Simon Petrus 8. q. 1. ait: In ipsa diebus, quibus vita finem sibi praeservit, apprehensa manu mea repente conjurgens in auribus totius Ecclesiae haec protulit verba: Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mea praedicationis, & doctrinae cathedram trado. Quo exemplo forsan ducti varii Ecclesiae Praelati, successores sibi designant in suis Cathedralis, ut Theoregus Catalez Palaestina Episcopus, Anatolio, Philopho & Theologo laudatissimo manus imposuit, illum sibi successorem destinans, ut refertur Eusebius sacr. histor. lib. 7. cap. 32. Nicephorus lib. 6. cap. 35. Similiter Alexander Alexandria Praesul, cum moreretur, successorem destinavit Athanasium, ut tradit Sozomenus lib. 2. cap. 17. etiam Athanasio in cathedram successit Petrus, cujus designationem ratam habuerunt Coepiscopi, Clerus, & Primarius populi, ut tradunt Theodoros lib. 4. cap. 20. Nicephorus lib. 11. cap. 26. Similiter etiam de aliis ex tripartita, & Nicephoro, idem tradit Chopinus lib. 1. de sacr. pol. tit. 2. num. 17. Igitur quia in beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis non est improbata successio.

Qua dubitandi ratione minimè obstante, vera est praesens assertio, pro cujus expositione sciendum est, certum esse, Christum Dominum suae praedicationis tempore victum accepisse unà cum suis Apostolis, ex his, quae à fidelibus, piisque personis subministrabantur; unde Dominus Apostolis, praecipiebat, ut nihil possiderent, non argentum in zonis, non duas tunicas haberent. Matthaei cap. 10. vers. 9. Luca cap. 9. vers. 3. nec solliciti essent de crastino. Matthaei cap. 6. vers. 31. immò venderent omnia, in pauperesque distribuerent. Matthaei cap. 19. & 29. quod Apostoli, & primi Christiani diligenter observarunt, dum communem vitam agentes, omnia ad pedes Apostolorum deferebant, ut pro necessitate cujusque distribuerent, cap. 4. actuum Apostolor. cap. de elect. 12. quest. 1. unde una omnium communis vita erat, aut saltem de communi

7.
De origine
honorum.

fideliū promptuario, & collectis omnes vivebant: quare ipſo primo ſæculo Eccleſiæ, prædica, & alia immobilia affignabantur Eccleſiis matricibus, ut ex eorum annuis redditibus fidelium communitati conſuleretur. Pius Papa in *epiſt. miſſa anno 147. ad Italos*: & Urbanus Papa anno 223. miſit *epiſtolam* decretalem ad univerſos Episcopos, quâ ſtatuit, ut oblationes fidelium relinquatur Eccleſiis matricibus diſpenſandæ per Episcopum; tenor illius eſt: *In exordio Eccleſia fidelis vendebant ſua, & tradebant Apoſtoli; tunc videntes ſacerdotes ſummi, & alii, atque Levita & reliqui fideles, plus utilitatis afferri poſſe, ſi hereditata, & agros, quos vendebant, Eccleſiis, quibus præſidebant Episcopis, traderent, eo quod ex ſumptibus eorum, tam præſentibus, quàm futuris temporibus plurima & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communitati ſuae ducentibus, quàm ex pretio eorum, caperent prædica, & agros, quos vendere ſolebant, matricibus Eccleſiis tradere, & de ſumptibus eorum vivere. Ipſe vero res in ditione ſingularum parochiarum Episcoporum (qui locum tenent Apoſtolorum) erant & ſunt uſque ad huc, & futuris debent eſſe temporibus. Non levis tamen hæſitatio eſt, an clericis & laicis communem vitam agentes aliquid proprium retinere ſe acquirere poſſint? Et illis privatim patrimonium habere, conſeſſum non eſſe, ſtudent textus in *cap. ſcimus, cap. dilectiſſimis, & iſtus 12. quaſt. 1. ubi* refertur, omnia communia fidelibus fuiſſe, ita ut aliquid proprium eſſe nemo diceret. Idem apertius docetur in *cap. nulli 12. quaſt. 1. cap. quia tua, cap. expedir 12. quaſt. 1.* Hinc factum eſt, ut cum Ananias ex pretio agri proprii aliquid ſibi reſervaret, neque integrum communitati fidelium obtuliſſet, in conſpectu omnium mortuus eſt, *d. cap. dilectiſſimis, & Ananias.* Accedit quia renunciatio proprii patrimonii communiter viventibus præcepto divino impoſita erat, juxta illud *D. Matthæi cap. 19. ubi*: *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et *cap. 10. verſ. 9. ubi*: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum.* Et in *cap. Episcopos 12. quaſt. 1.* ſub voce Apoſtolorum dicitur: *Habentes victum & veſtium, iis contenti ſumus.* Et in lege veteri Sacerdotibus, & Levitis non permittebatur poſſeſſionem cum fratribus ſuis habere, quia Dominus poſſeſſio eorum erat. *Deuter. cap. 18, & cap. 18. Numeror. dixit Dominus ad Aaron: In terra ejus nihil poſſidebitis, ego pars, & hereditas veſtra.* Et *ſolue cap. 13. verſ. 33. ait*: *Tribui autem Levi non dedit poſſeſſionem, quoniam Dominus poſſeſſio ejus eſt.* Quo exemplo Divus Hieronymus utenſ in *cap. clericus 5. 12. quaſt. 1.* dum clericis paupertatis præcepta tradit, ait: *Quamobrem non accipio partem inter ceteras tribus.**

Adhuc tamen verius eſt, quod etſi fideles communem vitam agentes majoris perfectionis zelo bona propria renunciarent, tamen non ideo incapaces reddebantur aliquid retinendi, ſeu acquirendi: quæ ſententia probatur ex *dito cap. dilectiſſimis 12. quaſt. 1. extravag. cum inter, de v. ſ.* & ex ipſis canonibus Apoſt. facile deducitur, dum in eis docetur, Episcopum communitati præſeſſe debere, & rebus communibus uti poſſe caſu, quo indigeret, *d. cap. Episcopos, cap. ex his 22. 12. quaſt. 1.* dum enim docetur caſu quo indigeret, rebus communibus uti poſſe, tacite innuitur aliquid habere poſſiſſe in patrimonio, quod neceſſitatibus

D. D. Gonzal, in Decretal. Tom. III. Pars. I.

ſuis non ſufficiebat, ut ferè eiſdem verbis deduxit Gratianus in *cap. præcipimus, & cum ergo 12. quaſt. 1.* Apertius ea ſententia docetur in *can. 40. Apoſt. relato in cap. ſint manifeſta 12. q. 1.* in illis verbis: *Sint manifeſta res proprii Episcopos, ut poteſtatem habeat moriens, prout, & quibus voluerit, relinquendi.* Et *cap. illi autem, ubi*: *Sint peccato poſſident.* Et *cap. ſi privatim 12. quaſt. 1. cap. final. & final. 16. q. 1.* Quæ ſententia retentâ non obſtat textus in *dito cap. ſcimus 12. q. 1.* in quo, junctâ dictâ Extravaganti *Cum inter nonnullos*, partim aſſeritur, Apoſtolos, primoque fideles nihil proprium retinuiſſe; partim docetur res privatas jure proprio poſſeſſiſſe. Pro quorum jurium expoſitione dicendum eſt, verè primis illis Eccleſiæ temporibus Apoſtolos, cæteroque Eccleſiæ fideles poſſiſſe aliquid privatim retinere, & acquirere: ſed inſpecto charitatis ardore ex affectu communicandi omnia cæteris fratribus, & fidelibus, nihil proprium retinuiſſe, ſed pro uſu communi Eccleſiæ omnia in communi menſa obtraiſſe, ut ex ea alerentur. Nec obſtat textus in *d. cap. nolo, & nulli, cap. non dicatis 12. quaſt. 1.* qui accipiendi ſunt non de quibuſlibet clericis, aut Canoniciſ, ſed de Canoniciſ regularibus, qui licet antequam profiterentur vitam regularem, poſſent proprium retinere, *d. cap. nolo, & habere*; tamen cum tempore ipſius perfectionis emitterent verum paupertatis votum, poſtea intra clauſtra vitam regularem agentes nihil proprium retinere, aut acquirere poterant, *d. cap. certè, d. cap. quia nos.*

Postmodum amplioribus ſpatiis propagatâ fide, auctoque non tantum fidelium, verum & clericorum numero, auſti etiam fuerunt oblationum proventus uſque ad Gentilium invidiam, teſte Ammiano Marcel. *lib. 27.* unde hæc communiſ diſſolvi cæpit, & univerſa Eccleſiæ bona in quatuor partes diviſa fuerunt à ſancto Simplicio anno Chriſti 467. quarum prima Episcopos, ſecunda fabricæ, tertia clericis, quarta pauperibus aſſignata eſt, ita ut clericis ad tertiam partem vocati, ſinguli pro meritis ab Episcopos portionem acciperent, & ex ea congruam ſibi perciperent, *cap. vobis, cap. de redditibus, cap. Vulturana, cap. quatuor 12. quaſt. 2. cap. Preſatum 16. quaſt. 3.* referunt & Illuſtrant Duarenus de *ſacris Eccleſiæ lib. 2. cap. 1.* Germonius de *ſacror. immunitat. lib. 3. cap. 17.* Petrus Gregorius de *beneficiis cap. 4. Quintanadennas lib. 2. Eccleſiæ cap. 1.* Barboſa in *cap. 1. & cap. ſint manifeſta 12. quaſt. 2.* Verum etſi illa communis vita poſt hanc bonorum diviſionem ferè ſoluta eſſet, nonnulli tamen clericis majoris perfectionis ſectatores ſocietatem retinuerunt, & ex prædiis communitati aſſignatis, ſibi victum, & veſtium aſſumebant, qui Canonici dici cæperunt, vel quia canonicè viverent, vel à canone, id eſt, regula, quam ſervabant, *e. quoniam, ubi notavi, de vita & honeſt. cleric.* Tandem quadripartita illa diviſio proſuſ antiquata fuit, nam portio pauperibus aſſignata, Episcopos tributa eſt, cum onere alendi pauperes; & portio clericis aſſignata ceſſavit, atque loco ejus certi, & determinati redditus Eccleſiaſticis officiis aſſignati fuerunt, quibus Eccleſiæ miniſtri, tanquam rebus propriis abſque ulla Episcopos auctoritate uterentur, & eorum percipiendi jus cum ſpirituſi miniſterio

terio conjunctum, generaliter beneficium appellatum fuit; quod nomen inventum, & assignatio singulis ministeriis facta fuit anno salutis 813, ut colligitur ex Concilio Moguntiaco celebrato anno 813, & relato in cap. 1. de Eccles. edific. ubi prima mentio fit beneficii ecclesiastici. Et licet jam sub Leone Pontifice per annos 796. legatur in cap. sancitum 23. quest. 4. cap. 1. de censib. peculiari redditus Parochiis assignatos fuisse, non tamen ideo instituta fuisse eo tempore beneficia dicimus, quia redditus illi non pro ministeriis ecclesiasticis, quod proprium est beneficii, assignabantur. Prosequuntur aliis beneficiorum originem, & principium, Roussel. lib. 3. hist. Pontif. jurisd. cap. 1. & lib. 5. cap. 1. Dartis de beneficiis, in princip. Cartier. tom. 2. digest. fidei, fol. 562. Cironius ad tit. de pcul. cleric.

10.
Beneficii
etymon.

Inde cognoscitur, beneficium, præbendam, & dignitatem in generica significatione pro eadem re accipi debere, ut ex uniuscujusque etymo sigillatim apparebit; nam ut à beneficio incipiam, sciendum est moris fuisse apud veteres, illis, qui aliquid in bello præclarè gesserant, prædia quædam, & possessiones concedere, ut eâ largitione animosiores redderentur, & ministerium sibi commissum rectius implerent. Id factum fuisse ab Alexandro Severo testis est Lampridius, quem alii Imperatores ante Justinianum secuti fuerunt, ut patet ex toto tit. C. de fundis limitrophis: refert Alex. ab Alex. lib. 4. dier. genial. cap. 18. & hæc quidem prædia beneficia dicebantur, eo quod beneficium est benevola actio, gaudium vel honorem tribuens capienti, auctore Seneca lib. 1. de benefic. cap. 6. argumento legis in commodato, 17. §. sicut, ff. commodati. Unde facultates respondendi de jure à Principe concessæ, beneficia dicuntur in l. 4. ff. de his qui notant. infam. l. Neratius, ff. de reg. jur. notavit Joannes Bertrandus in Neratio Prisco: & qui prædia illa possidebant, beneficiarii dicebantur, quorum meminerunt Plinius lib. 10. epist. 28. Vegetius lib. 3. de re milit. Cæsar lib. 1. de bello Gallico. Plura congerit de his beneficiis, & beneficiariis temporalibus Lindembrogus in Glossar. verbo Beneficium, & Beneficiarius. Hunc ergo morem sequuti Ecclesiæ Patres, possessiones assignatas ministris militantibus in militia cælesti, beneficia appellarunt, ut docuerunt post scriptores de beneficiis, Fabritium videlicet, Garciam, Lotharium, Joannem Dartis, & Valensæm, Quintanadvannas lib. 1. Ecclesiasticon, cap. 1.

11.
Traditio
præbende
significatio.

Ut de præbendæ significatione agamus, sciendum est, apud veteres moris fuisse diaria & annonas modò militibus, modò Præsidibus provinciarum præstare; quod subsidium à verbo præbere, ut Accursius legebat in l. in vii 19. ff. de testibus, l. si in aliquam, ff. de offic. Procons. seu præbenda, neutro genere, ut voluerunt Alciatus lib. 2. Parerg. cap. 42. Cujacius lib. 2. observ. cap. 23. præbendam dixerunt. Plautus in Persa, ibi: Præbenda adles locavere. Gellius lib. 15. nocturnum, cap. 4. Cassiodorus lib. 5. variar. epist. 39. ibi: Præbendarum tenor adscriptus, quem nostra diversis largitur humanitas provincialibus, suggeritur intolerabilis esse causa damnorum, quando & in species exigitur, & impudenter ejus pretium postulat. Unde virgines, quæ olim in monasteriis eum monialibus seorsim vivebant, præbenda-

riæ dicebantur, quia certis annonis sustentabatur. Eugenius III. in Concil. Rhemeni, can. 4. ibi: Sanctimoniales, & mulieres, quæ canonice vocantur, in clastro assidue permanentes, communi refectorio, & dormitorio sine contenta, & relicta præbendis, & aliis propriis earum necessitatibus, de communi provideantur. Et apud Engelhardum Abbatem in vita sanctæ Mechtildis virginis, ita legitur: Filia cujusdam carnalis erat demonium habens, cui locum pater imperaverat in monasterio præbendaria, non sororis, sed à sororibus sequestratum, & hoc prece, non pretio factum. Quæ verba variè exponunt Pater Cerda in advers. sacr. cap. 157. §. 3. Joan. Vossius de vitis sermon. lib. 3. cap. 37. & alimenta, quæ servis quotidie præstantur, dicuntur præbina à Columella lib. 1. cap. 8. ibi: Tantoque curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere servorum, ne aut in vestiaris, aut in ceteris præbitis injuriose tractentur. Quæ cibaria dixit Paulus in l. servis, ff. de legat. 3. notavit Cujacius in Novel. 6. quo exemplo Ecclesiæ legislatores ecclesiasticos redditus ministeriis assignatos præbendam dixerunt, quia factis militibus ab Ecclesia præbentur, cap. clem. M. de consuet. cap. si monachus 16. quest. 1. sive quia pro modo, & mensura præbatur, Fulbertus Carnot. epist. 38. Ivo Carnot. epist. 219. Deliberari, inquit, ut darem illis dimidiam præposituram, ut fieret inde quotidianus panis, quamvis eorum annua præbenda eis sufficiens esse deberet. Et præbenda non solum accipitur pro beneficio, sed pro fructibus beneficii, cap. in ter, hoc tit. cap. cum in Ecclesia, eod. tit. in 6. inde præbendarii dicuntur, qui præbendam accipiunt, ut exponitur in Gemma anime, & apud Petrum Damianum in verbis relatis à Joanne Vossio d. cap. 37. & Canonici præbendarii dicuntur in cap. sanctorum, 70. dist. 1. cuius quidem præbendæ vocabuli in corpore juris antiquior mentio reperitur in cap. illi, cap. nulli, 12. quest. 1. & temporibus Caroli usurpatum repetio in addit. Capitul. lib. 3. cap. 77.

Præbendarii proximi sunt Canonici, immò & præbii; olim enim omnes, qui juxta regum & principum propriam suæ Ecclesiæ vivebant, Canonici dicebantur. Concil. Turon. 2. can. 20. Aurel. 3. can. 3. notavi jam in cap. quoniam 9. de vita & honest. cleric. Et licet Urbanus II. in Concil. Claromont. can. 9. & Arnulphus Episcopus Lexov. epist. ad Alex. Papam, præbendam canonicam pro canonia ponant, valde tamen differunt jure communi inspecto; nam canonia est jus habendi sedem in choro ad canendum, & vocem in Capitulo, proveniens ex electione, seu receptione in fratrem, cap. in Genesi, ubi Glossa, verbo Vel quasi, de electione; docuerunt Petrus Gregorius de benef. cap. 10. num. ultimo. Moneta de opt. canon. cap. 7. numer. 6. præbenda verò ex se non habet sedem in choro, nec vocem in Capitulo; & titulus canonicæ est receptio in fratrem, titulus verò præbendæ collatio. Illustrat Barbosa de Canonic. cap. 12. num. 20. Differunt etiam canonica, & præbenda, quia præbenda beneficium est, cap. dilectus 19. hoc tit. Lotharius de re benefic. lib. 1. quest. 19. num. 7. canonia verò per se beneficium non est, cap. final. §. in illu, de consec. præbend. lib. 6. cap. in nostra 32. de rescript. ibi: Aliquando in aliis recepti, licet nondum in eis Ecclesiasticum beneficium sint affectum. Unde sæpe

scriptus in volumine hoc legitur canonicos in fratres receptos sine præbenda, cap. cum M. de vobis. cum vulgari; explicat Cæsar de Ecclesiæ hierarch. disputat. 12. §. 6. Azor lib. 3. p. 2. instit. moral. cap. 11. q. 1. Barbosa d. cap. 12.

Succedit tandem sub nomine beneficii dignitas, quæ si varias habeat significationes, plerumque accipitur pro honoris gradu, l. cognitio-num §. 3. ex c. 1. ff. de variis & extraordin. vel pro præcellentia, quam quis habet inter ceteros; hinc servus dignitatem habere dicitur in l. sed & si quid 15. §. sufficienter, de usufructu, l. habitatio, §. servus, ff. de ventre in poss. ff. ex eo quia altiore gradum in familia habebat respectu ministerii erga alios servos, cum eorum ministeria diversa fuissent, ut in integro libro illustravit Pignorus de servor. offic. Præfecturam militarem amplissimam dignitatem esse, constat ex l. final. C. de comitibus rei milit. lib. 12. Cicerone in orat. pro Muræna. Illustrant Gutherus lib. 12. offic. dom. ex cap. 1. Imò & eos, qui stipendia militiæ à Principe acceperunt, dignitatem habere probat Bellonus lib. 2. obser. cap. 92. Unde quia officia militiæ cælestis fastigium conspicuum præbent, cap. novit, de iudic. rectè dignitates appellantur in præfenti rubrica, in cujus Paratilis jam id notantur Germanus, Cronius, Challaëus, Valens, & Honorius. Conveniunt igitur in generica acceptione beneficium, præbenda, & dignitas; in qua etiam acceptione, ut omnia comprehendamus, beneficium ita definitur potest: *Ut sit jus spirituales ministerio adnexum, percipiendi redditus ecclesiasticos ex canonica institutione in perpetuum.* Dicitur jus, loco generis; quia tam ad spiritualia, quam temporalia jus plerumque habemus, l. final. ff. de constit. Princip. cap. cum dilecti, de donat. Cetera verò verba ponuntur loco differentie. Dicitur spiritualibus adnexum, quia hoc jus tantum propter ministerium spirituale conceditur, & à persona ecclesiastica tantum haberi, & confertur potest, cap. 2. de instit. Adicitur percipiendi redditus ecclesiasticos, quia sine utilitate, & proventu beneficium ecclesiasticum non datur, cap. relatum, §. cap. dilecti 19. cap. cum secundum, hoc tit. Tandem dicitur, ex canonica institutione in perpetuum, quia sine ea licet obtineri beneficium non potest; & licet perpetuum sub sole nihil detur, l. si usufructus 21. ff. quibus modis usufructus; tamen quia ex titulo perpetuo beneficium confertur ad fruendum ejus fructibus, ideo jus in perpetuum competens diffinitur, ut in l. 1. ff. de jure dot. princip. Instit. de perpetuis & tempor. cap. sanctorum, 70. dist. cap. 1. de capel. monach. lib. 6. l. jurisperitos, ff. de excusat. tut. sed cum omnia hæc requisita etiam substantialia beneficii sint juris positivi, ideo à Pontifice mutari possunt, & ideo ex justis causis beneficium ad tempus concedi potest; ut in cap. pastoralis 7. q. 1. cap. si gratiose, de re script. in 6.

Unde jam apparet vera ratio, quare in beneficiis ecclesiasticis non admittatur successio jure sanguinis. Omittis enim variis congestis à repetentibus in præfenti, vera petenda est ex ipsa natura beneficiorum; constat enim beneficium esse jus percipiendi fructus ecclesiasticos, non simpliciter, sed propter spirituale ministerium, quod consistit in peragendis divinis officis, cap. per lectis 25. dist. cap. cum secundum,

hoc tit. sed in ipsis divinis ministeriis, immò nec in rebus ipsis sacris corporalibus successio non admittitur, cap. ad hoc, de decimis, cap. plerique 8. q. 1. cap. ad decorem, de instit. legitur nec in jure competente pro ipsis divinis ministeriis successio dari potest. Accedit quia quoad bona ipsa ecclesiastica, quibus constant beneficia, clerici possident usufructus, non proprietatis jure; & beneficia ipsa coherent personis, & cum personis intereunt, cap. 25. hoc tit. cap. ult. de penul. cleric. ubi latius dicemus: sed quilibet usufructus morte finitur, nec ad hæredes transmittitur, §. final. instit. de usufruct. Igitur & in beneficiis, in quibus clerici tantum usufructum habent, sibi successores designare nequeunt. Facit tandem quod, ut in diffinitione retuli, beneficium ecclesiasticum non potest obtineri sine institutione canonica, cap. 1. de reg. jur. lib. 6. Igitur successio jure hæreditario, aut sanguinis non est titulus habilis ad obtinendum beneficium.

Nec obstat jam dubitandi ratio supra adducta; nam potius inter tres Principatus obtinendi modos, quos recensent Carolus Scribanus, & Madera supra relati, & ferè omnes politici, electionis modus præstantior est, ut probant Marquez & Kochier ubi supra, Bernegerus in tacitum q. 32. nam ut agebat Plinius in panegy. cap. 7. imperatoribus omnibus eligi debet ex omnibus. Agnovit hoc Imperator Galba in illa sapienti oratione, quæ extat apud Tacitum lib. 1. cap. 16. ibi: *Optimum quaque adoptio invenit; nam generari, & nasci, à Principibus sortitum, nec ultra assumant; adeptandi judicium integrum, & si velis eligere, consensu monstratur.* Faciunt textus in cap. Moyses, cap. si ergo, cap. licet 8. q. 1. Illustrant Scribanus in Polycrat. cap. 1. Bellarminus tom. 1. controv. cap. 3. Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis, deductum ex sacerdotio legis veteris, & religionis Gentilitiæ; nam quoad sacerdotium legis veteris, omittis solutionibus traditis à Turcremata in cap. 1. 23. dist. Abulensis in cap. 29. Exodi, q. 15. dicendum est, multum interesse inter sacerdotium legis gratiæ, & legis veteris; nam vetus ille Dei populus nullo alio signo quam sanguinis agnoscebatur; solum enim adferiebantur sub Dominica militia, qui ex Jacob originem ducebant: in populo autem novo non sanguis militem Christi designat, sed sine ulla personarum acceptione omnes mundi nationes per baptismum Christi regenerantur, quo sensu D. Paulus ad Galatas cap. 3. vers. 28. scripsit: *Non est distinctio Græci, & Latini.* Et D. Jacobus in epist. canonica, dixit: *Nolite in acceptione personarum habere fidem Domini.* Inde in lege veteri sacerdotes uxores & filios habebant, ad quos sacerdotium jure sanguinis deferebatur. In nostra autem lege gratiæ nihil carnale sacerdotibus permittitur, ideo electio potius quam successio ab Ecclesia admittitur. Bellarminus lib. 1. de cleric. cap. 6. Marquez ubi supra. Nec obstat quod de sacerdotio Gentilium expendebamus; nam sciendum est, apud Romanos in usu fuisse sacra privata, & publica. Privata erant, quæ in privatis laribus Diis penatibus pro singulis familiis fiebant, ex permissione legis XII. Tabul. in illis verbis: *Sacra privata perpetua manent;* quam ex Cicerone, & aliis restituit Rosinus lib. 8. antiquit. cap. 6. Jacobus Gothor.

Gothofr. in *quatuor fontibus*. Unde filius dum sub patria potestate erat, sacris paternis dicebatur adstrictus; ab ea vero liberatus, à sacris solutus dicebatur, l. 2. C. de bonis qua lib. l. final. C. de inoffic. l. final. C. ad Tertul. l. ult. C. de curat. furios. l. in conventionione 20. C. de nupt. l. 3. C. de bonis maternis, l. 3. C. de collat. Publica autem erant quæ sumptu publico pro populo fiebant, quorum varia genera referunt Rosinus ubi supra, Jacob. Gutherus lib. 1. de iure Pont. Quæ differentia supposita, respondendum est, ad sacra privata faciendâ, quæ Gentilitia vocat Livius lib. 5. eligi potuisse eos, qui de propria familia erant. Cæterum ad sacra publica peragenda iure consanguinitatis nullus admittebatur, sed tantum patebat ingressus per electionem populi, vel collegii sacerdotum, vel abrogatâ lege Domitiâ, per Principem, ut exponunt Rosinus lib. 3. antiquit. cap. 8. §. 1. Guther. A. lib. 1. cap. 3. Othomanus, Calvinus, & Antonius Augustin. de legibus Romanis, in l. Domitia.

16. Difficilius est D. Petri factum relatum in d. cap. si Petrus, ibi: Ad hos & Clemens successor Apostoli; tum propter incertam illius loci fidem, tum propter factum ipsum, quod ambiguit apud Patres, & Historicos refertur; sunt enim qui immediatè Divo Petro Clementem successisse profiteantur, ut D. Hieronymus in cap. 52. Ista, & epist. 1. ad Iovin. Tertul. de praescript. adversus heret. cap. 32. Damasus Papa in Pontif. cap. 2. 3. & 4. Beda lib. 2. hist. Ang. cap. 4. Hugo de sancto Victore in mystica Archa Noë, disquisit. cap. 4. Post Petrum sequitur Clemens. Baronius anno 69. Marianus Scotus ad ann. Neronis 14. pro qua sententia citat Leonis II. Papæ Decretalem. Aloix ad vitam S. Dionysii, in notis cap. 9. Turrianus lib. 2. pro epist. Pontif. cap. 7. Pamelius ad Tertul. supra, num. 136. Savarus in notis ad Sidon. lib. 4. epist. 11. Sunt etiam qui affirmant, Clementem successisse D. Petro, non immediatè, sed post Linum & Cletum, anno Christi 93. ita docuerunt D. Augustinus epist. 165. Milevitanus lib. 2. contra Parmen. Epiphanius heresi 27. Ignatius epist. 1. ad Mar. Casabolanum, Irenæus lib. 3. contra heresi. cap. 3. Eusebius lib. 3. chron. cap. 11. & 16. & lib. 5. cap. 6. Nicephorus lib. 2. histor. cap. 35. & lib. 3. cap. 2. Gregorius Turon. lib. 1. hist. cap. 27. & pluribus rationibus adstruunt Baronius anno 69. num. 38. & anno 93. num. 1. Severinus Binius in notis ad vitam Lini, tom. 1. p. 1. Concil. quam sententiam admisit Ecclesia, dum in sacro Missæ canone olim, & nunc recepto, post Petrum, Linum, & Cletum, Clementem retulit. Receptor ergo huius dissidii compositio est, D. Petrum martyrio jam imminente, Clementem sibi successorem designasse, ut constat ex dicto cap. si Petrus, & auctoritatibus proximè congestis; cæterum post Petri mortem Clemens non ut exemplum perniciosum vitaret, ut videtur Glossa, & Turris. in eo textu, Coh. in notis. Cardin. cap. 13. sed magnâ humilitate ductus prædictæ designationi renunciavit, & Petro successit Linus, Lino Cletus, Cletus Clemens; & ita renunciatione prædictâ admittâ, quartus Pontifex dicitur Clemens; & hoc sensu accipiendi sunt Doctores, qui D. Clementem immediatum successorem Divi Petri fuisse negant: docuerunt Turrisremata in cap. 1. 23. dist. Epiphanius heresi 27. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pont.

cap. 5. Nec tunc difficultatem continet factum D. Petri, nam doctè illud exposuit Glossa in cap. si transitus, verbo Non potuit, 73. dist. dum ait, factum D. Petri ad consequentiam trahi non oportere, cum divino impulsu motus, & inspiratione divinâ, successorem sibi designavit; nam qui sanctum Mathiam in Apostolum cum consensu fratrum recepit, quomodo sine Ecclesiæ consensu Clementem Pontificem designaret, nisi Spiritus sancti impulsu, quem innuunt illa verba dicti capituli, sic Petrus repente surgens. Hic examinanda erat illa satis vexata quæstio, an videlicet Romanus Pontifex posset sibi successorem eligere? In qua negativam sententiam tenuerunt Ludovicus Gomez in regul. Cancell. de infirm. resig. q. 1. Jul. Labor. lucubrat. ut de elect. cap. 3. per totum. Cohelius in dicta notitia Cardin. cap. 13. Mancinus genial. cap. 178. Affirmativam autem tenuerunt Cajetanus, Victoria, & alii, quos refert & sequitur Cæsar de Eccles. hierarch. disput. 1. num. 4. sed non omnia persequi licet, aut libet. Videndi sunt Vazquez 3. p. disput. 244. num. 76. Suarez de fide disput. 10. sect. 4. num. 16. Theophilus tom. 12. tract. mala & bona, fol. 145. Comitulus lib. 1. respons. q. 98. Molina tract. 5. de iustitia & jur. cap. 4. num. Torres tom. 1. in 2. 2. dist. 15. sect. 3. Nec tot exempla supra relata in contrarium nos movent; nam illa propriè ad successionem in dignitatibus ecclesiasticis non pertinent, sed ad commendationem dumtaxat aliquam, nullum jus tribuentem, nec ad gratificandum personam factam, sed ad majorem Ecclesiæ utilitatem. Planè felici illo primorum christianorum sæculo adoptabat Sacerdos sibi quisque ferè successorem, non fraude, non affectione domesticâ, non carne, sed occulto numeris iudicio, inspiranteque cælestis Patris instinctu, ut contigit in exemplis supra relatis; & factum D. Augustini, dum successorem sibi constituit Eradium, contigit in plenario Ecclesiæ suæ cætu, accedente Clero, & populi consensu, idem epist. 110. Deinceps verò cum sacra officia cæpissent deferri non idoneis, & tales quisque sui Præfatus velut hæredes nuncuparet, qui docendi magis, quàm docturi essent, verita est huiusmodi designatio, seu commendatio. Synodus Romana sub Hilario, ibi: Episcopatum qui non nisi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, sed hæreditarium putant esse compendium; & credunt sicut res caducas, atque mortales, ita sacerdotium velut legatario, aut testamentario iure posse dimitti. De qua commendatione accipiunt textus in cap. si transitus 10. 79. dist. Corjolanus in not. ad Synodum Romanam sub Bonifacio, & Severinus Binius in Synodo Romana sub Symmacho, 2. tom. Concil. p. 1.

Suprà traditis obstat textus in cap. ex parte 12. de offic. deleg. ubi supponitur, nepotem in beneficium avi sui successisse; igitur quia in beneficiis ecclesiasticis successio admittitur. Pro cuius textus expositione iuxta communem Interpretum sententiam succedisse in beneficio iure sanguinis, sed propter resignationem ab avo, vel patruo factam in eius favorem; nam licet resignatio conditionalis, in favorem videlicet tertii facta coram Ordinario non valeat, tamen coram Pontifice utiliter fit, & beneficium necessariò

cessario illi conferendum est, in cuius favorem resignatur, adjectâ elausulâ, non aliter, alias, vel alio modo, ut post Flaminium, Rebuffum, & alios probant Valentis de benef. lib. 3. tit. 29. Datus de benef. sect. 10. cap. 3. per tot. Unde in ea specie, præcedente resignatione potuit beneficium à Romano Pontifice nepoti ipsius be-

neficiati conferri; nisi dicamus successorem in beneficio plerumque dici eum, qui per electionem, non iure sanguinis, post mortem antecessoris successit, quo modo successor in beneficio accipitur in cap. accedens 25. de accusat. cap. 2. de arbitr. cap. significavit 36. de rescript. cap. quia, de iudiciis, cap. 1. de solut. & aliis.

CAPVT II.

In (a) corpore Canonum.

Non liceat ulli Episcopo ordinare clericos, & ei nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat, vel non faciat clericos; vel si fecerit, det illis unde vivere possint.

NOTÆ.

(a) *Corpore.* In prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. legitur, In corpore Canonum, p. 5. ex novellis; & rectè, nam licet sententia hujus textus reperitur in corpore Canonum edito à Dionysio Exiguo cap. 184. ubi refertur Concilii Chalcedon. canon, qui extat in cap. Sanctorum, 70. dist. verba tamen in præsentia relata non reperiuntur in ipso corpore canonum, sed in Novellis Justiniani per Iulianum antecessorem translatis, constitut. 5. de numero Clericorum Constantinop. urbis, cap. 2. ubi postquam in primo fuit statutus numerus Clericorum, Diaconorum, & aliorum ministrorum, hæc subjicit Justinianus: Non liceat in minoribus Ecclesiis clericatus honorem suscipientibus, postea in majorem Ecclesiam per patrocinium quorundam transire; sed si quid tale aliquod factum fuerit, irritum sit, & nullius momenti: nec liceat ulli clericos quosdam destinare vel creare, nullas autem eis alimonias præstare: sed duorum alterum, vel non faciat clericos vel si fecerit, det eis unde vivere possint. Dat. P. C. Basiliani. Quæ posteriora verba reperiuntur in dicta prima collectione, & in præsentia; citantur tamen ex corpore Canonum, & simul p. 5. Novel. c. ratione, ni fallor, ex p. 5. Novel. quia reperiuntur hæc verba in dicta constitutione 5. Novellarum Justiniani: sed quia ea constituto ultra quam Principis secularis erat, lo-

quebatur tantum de clericis urbis Constantinop. Bernardus Papiens auctor primæ collectionis, volens generaliter legem referre, verba transcripsit ex dicta constitutione 5. Et quia eadem ferè sententia reperiebatur in corpore canonum, cap. 184. citavit canonem hunc ex eodem corpore. Superest ut referamus, quodnam sit hoc canonum corpus, & quis ejus auctor; cujus corporis mentio fit in cap. si Romanorum 19. dist. cap. de libellis 20. & in epigraphæ capituli be verò 27. q. 1. Concil. Brachar. 1. can. 18. Tolet. 4. can. 3. Et ut dixi in apparatu, auctor hujus corporis canonum fuit Dionysius Exiguus, qui continuâ, nec interruptâ numerorum serie canones Conciliorum congregavit, & compilavit, ut ipse testatur in epist. ad Stephanum Salonitanum Episcopum, apud Baronium anno 527. num. 74. Hæc verò Dionysii collectio recepta fuit ab Ecclesia, & illa ipsa est, quæ ab Hadriano R. P. ad dispositionem Ecclesiarum Occidentalium Carolo Magno Romæ data est anno 773. cujus epitome ab Henrico Canisso primùm evulgata, omnino cum Dionysii collectione convenit. Hoc corpus canonum approbavit Justinianus in Novella 131. & plura de eo congregata citati in dicto apparatu, & Justelus, qui illud edidit Latino Græcum. Et hæc de hac epigraphæ sufficiant: Commentarium dabimus infra in cap. 4.

CAPVT III.

(a) Gregorius Anthernio Subdiacono.

Pervenit ad nos, quondam Benenatum Messenatem (b) Episcopum pro construendo illic castro solidos accepisse. Et quia pars eorum solidorum apud eum dicitur remansisse, experientia tua subtili indagatione perquirat; & si quid manifestè de ipsis solidis cognoveris remansisse, Comitatio Comiti prædictæ civitatis sub desucepti illud pagina contradat, atque immineat, ut in constructione ejusdem loci, sicut sunt dati, Deo adjuvante proficiant: quia ratio nulla permittit, ut propriis cujusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

NOTÆ.

NOTÆ.

1. (a) **G**regorius] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 3. & etiam in cap. 2. 17. 9. 4 & reperitur textus hic lib. 11. epist. D. Gregorii, indict. 6. epist. 33. ex quo Regestro ita textum restituo. De Anthemio Subdiacono jam nonnulla notavi in cap. unico, de synodo.

(b) **Messenatem.**] Messena civitas Græciæ est in Peloponneso, de qua D. Hieronymus contra Iovinianum, Plinius lib. 4. cap. 5. à qua Messenii dicti fuerunt. Hi amicitiam diu retinuerunt cum Spartanis, sed ab eis tandem in servitutem redacti fuerunt. Jam olim Cathedrâ Episcopali hæc urbs decorata fuit, unde Joannes ejus Præful subscripsit epistolâ synodicâ Achazæ ad Leonem Imperatorem: & hujus Benenati Episcopi meminit ipse D. Gregorius relatus in cap. 48. 16. 9. 1. obiit iste episcopus anno 598. ut constat ex ipso Gregorio lib. 7. indict. 2. epist. 25. ubi Fortunato Episcopo Neapolitano commendat visitationem Messenæ urbis, & epist. sequenti, electionem futuri Episcopi Clero, populoque ipsius urbis graviter commendat. Sed si eo anno decessit Benenatus, ut constat ex dictis epistolis 25. & 26. quæ incidunt in dicto anno 599. quomodo in præsentis epistola 33. & antecedenti, quæ incidunt in annum 603. agitur de ipso Benenato. Difficultate oppressus D. Rochus Pittho tom. 1. Sicil. in notis Ecclesiæ Messan. anno 603. fol. 288. asseruit, feriem epistolarum D. Gregorii corruptam, & turbatam esse, atque præsentem epistolam priori loco fuisse compilandam: sed licet hoc libenter admitterem à doctissimo viro, & epistolarum D. Gregorii valde studioso; tamen quid interest, cum in dictis epistolis 25. & 26. referatur tantum decessisse Messenensem Episcopum, eas deferre ad prædecessorem nostri Benenati, in cujus locum ipse luffectus est? & ira mirè congruit anno 598. decessisse Messenensem Episcopum, & statim anno 599. electum fuisse Benenatum, & ejus excessus reprehendere Divum Gregorium in præsentis epistola, & antecedenti, cum per annum 603. floruerit ipse Benenatus.

COMMENTARIUM.

2. **C**um in præsentis compilatione, & in prima, à qua textum hunc transcripsit Raymondus, tantum regula generalis compilata sit, deducta ex finalibus verbis hujus epistolæ, varia ejus exempla, diversosque casus, in quibus locum habeat, congererunt repetentes in præsentis; proprius, verusque ex ipsa epistola aperte cognoscitur, ita ex Regestro D. Gregorii restituta; quod utinam in aliis regulis, & hujus juris decisionibus truncatis, atque diminutis compilatis, assequi possemus. Sed alia exempla etiam hujus regulæ afferamus, in quibus juxta

rubricam sub qua jacet, & mentem compilatoris accipi possit. Primum peti potest ex rebus, quas Ecclesiæ possidet, separatas à mensa, & rationibus Prælati, ex quibus sicut nulli alii, ita nec Prælato permittitur aliquid subtrahere, & propriis usibus accommodare, cap. prædica s. 12. 9. 2. cui exemplo simile peti potest ex cap. 2. 10. 9. 3. Aliud exemplum poni potest in bonis Ecclesiarum intuitu relictiis clericis, de quibus aliquid suis usibus ipsi applicare nequeunt, cap. Pontifices 3. 12. 9. 3. cap. requisisti, 15. de testam. His adjungunt repetentes casum ex bonis, quæ supersunt Ecclesiæ Prælato defuncto, quæ cum ad propriam Ecclesiam spectent, quia de his disponendi non habet facultatem, nulli hæredes, neque scripti, nec legitimi ipsa bona sibi usurpare possunt, cap. 1. & 2. 12. 9. 3. cap. fixum 12. 9. 5. utria fit hæc decisio velut appendix capitis 1. hoc tit. reddaturque hæc ratio, ob quam bona ecclesiastica, hoc est quæ ad jus Ecclesiæ pertinent, aut à clericis dum decedunt, relinquuntur, non sint jure consanguinitatis ab aliquo retinenda, quia cum ad Ecclesiam pertineant, & pro communi utilitate servari debeant, propriis alicujus privati usibus applicari non possunt; sed cum textus in dicto cap. 1. non de his bonis, sed de beneficiis ecclesiasticis loquatur, ut in ejus commentario probavi, hanc connexionem, & expositionem rejicimus. Nec magis audiendi sunt repetentes in præsentis, qui casum hujus regulæ deducunt ex bonis, seu redditibus beneficiorum, quos beneficiarios usibus propriis applicare non posse, probant ex hoc textu: quare hæc late disputant, an clerici & Ecclesiarum Prælati, veri domini, an tantum usufructuarii sint bonorum proprii beneficii? Quam quæstionem ad amulsum examinatam reperies in titulo de pecc. cleric. ex quo commentario probabis facile præsentem regulam huic casui adaptari non posse, cum clericis juxta veriorum sententiam possint ex fructibus sui beneficii in usus proprios omnia necessaria convertere, quod in præsentis textu prohibetur, ibi: *Usibus applicetur.*

Præsentis regula juxta casum proprium, & alios supra relatos accepta, magnâ nititur ratione; nam destinata ad unum usum, non possunt in alium converti, contra disponentis voluntatem, si eo modo, & formâ domini dispositio exequi potest. Clementin. contingit, de relig. dom. l. legatum, ff. de usufruct. legat. l. legatum, ff. de administr. rerum. docent Covar. in cap. sua, num. 9. de testam. & lib. 3. var. cap. 6. num. 7. Menchaca de success. creat. lib. 2. s. 7. num. 21. Moneta de commut. in princip. Unde cum certa quantitas solidorum data fuisset Benenato ad constructionem castri in bonum commune, non poterat ipse eam quantitatem propriis usibus applicare, contra voluntatem dantis, & publicam utilitatem, quæ private præfertur, l. actiones 63. s. Labeo, ff. pro socio, l. judicem 21. ff. communi divid. junctis traditis à Fortun. Garcia in l. 3. s. 6. ex parte, ff. de just. & jure.

CAPUT

CAPVT IV.

Alexander III. (a) in Concil. Later.

Episopus si aliquem sine certo (b) titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum (c), vel presbyterum ordinaverit, tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei convenientia stipendia militiæ clericalis assignet. Nisi forte talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere.

NOTÆ.

(a) *Averanens.*] Ita etiam legitur in *1. collect.* sub *hos tit.* cap. 4. Concilium tamen addit cap. 5. & rectè, cum in Concilio Lateran. celebrato sub Alexandro III. cap. 5. reperiantur verba hujus textus.

(b) *Titulo.*] Titulus pro causa plerumque ponitur, unde quod D. Joannes vocat titulum, qui fuit cruci Domini nostri superpositus, SS. Lucas, Marthæus, & Marcus vocant causam supplicii; unde titulus pro causa possidendi, quia ipsum possessorem tueatur, dicitur in *l. 4. ff. de contrah. emptor. l. 3. C. de petit. hæredit.* ubi notavit Cujacius; aut quia memoriam tueatur auctoris, quâ ratione librorum titulos ita appellatos esse docent Hieronymus Magius *lib. 1. Miscel. cap. 14.* Marcel. Donat. ad *Ammanum Marcel. cap. 27.* quare olim tituli ponebantur singulis quibusque rebus, domibus, aut prædiis, ut cuius essent, & ad quos pertinerent, facile cognosci posset. D. Angustin. in *psalmo 21.* ibi: *Ubi poterit aliquis inveniri titulos suos, nonne iurarem sibi vindicant? Et dicit, non ponere titulos meos, nisi res mea esset.* P. Chryzologus *serm. 154.* ibi: *Domini prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur.* Divus Gregorius Magnus *lib. 4. epist. 44.* ibi: *Proinde presenti decreto constituo, ne si quis Ecclesiasticorum unquam titulos ponere, sive in rustico, sive in urbano prædio sua sponte præsumpserit anathema sit.* Cassiodorus *lib. 4. epistol. 14.* Si quis in sua nostra agresti spiritu respiciendus abiecerit, casas ejus applicitis titulis fisci nostri iuribus vindicabit. Horum titulorum frequens mentio extat in iure Castaleo, in *l. 3. C. de bonis vacantib. l. final. §. 5. C. de delat. Novel. 28. cap. 5. Novel. 29. cap. 4. Novel. 30. cap. 8. Julian. Novel. 21. cap. 23. Novel. 22. cap. 5.* Huc pertinent leges quæ extant sub titulis de his qui potent, nomine titulos prædiis affigunt & *lib. 2. tit. 16.* qui talis est: *Ubi nemo privatus titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela regia suscipiat: & alii congestis à Gothofredo ad tit. C. Theodos. de his, qui potentiorum nomina.* Basil. Legion. *q. 7. scholast. cap. 2.* quod jus titulos apponendi posterioribus sæculis regale fuisse, satis innuunt Honorius, & Theodosius in *l. 1. C. eod. tit. Ubi nemo privatus, illic: Regia maiestatis est, ut nostra tantum domus, & patrimonia, titulorum inscriptione legantur, &c.* Justinianus ad Moderatorem Heletoponti, in *Novella 28. cap. 5.* scribens, ita inquit: *Cavebit verò etiam, ne quod præcipue in Ponto committi solet, ejus rei cupiam facultatem det, ut nempe titulos imponat prædiis, vel alienis, edibus; siquidem hoc solummodo fisci proprium est, & Regiarum domuum, tam nostrarum, quam præsentissimæ Augustæ. Si verò sub*

alterius appellatione tabulas, sive titulos impositos deprehendat, tam ipsas protinus detrahat, quam eum, qui ipsas affixerit, pervestigabit. At si quidem is, qui se rei dominum esse dicit, hoc fecerit, extemplo illius rebus publicis imponet titulos, præ his titulis, quos apposuit, ad caput eius impactis, confractisque. Similia verba habet *Novel. 29.* seu *Authent. de Pretore Paphlagonia, cap. 4. vers. certè quod facile;* & *Novel. 30.* seu *Authent. de Procons. Cappadoc. §. 8. in fine;* & generatim quidquid ad Fiscum pertinebat, fiscalibus titulis notabatur, & consecrabatur. Elegans textus in *l. 1. C. Theodos. de incorpor.* ibi: *Tituli verò, quorum adjectione prædia nostris sunt consecranda nominibus.* Quam consecrationem commemorationem nostrorum nominum vocavit idem Theodosius in *l. si quis. 11. C. de bonis proscrip. in Theodos.* Inde tituli Serenitatis in *l. 2. C. Theodos. de penis, l. 3. cod. Cod. de aqueductu. Novel. 28. Justin. cap. 5. & 29. cap. 4.* Sacri tituli apud Symmachum *lib. 5. epist. 52. l. 1. C. de incorporat.* adde elegantissimum locum apud Henricum Valeium ad *Amman. Marcel. lib. 29. pag. 387. & 391.* Illustrant Bulenger. *lib. 3. de Imper. cap. 26.* Amaya ad *leg. 5. C. de bonis vacant. lib. 10. Bernart. ad lib. 1. sive. stat. Pajin. fol. 73. Dartis in cap. 1. 16. q. 6. Mornacius ad leg. 1. C. ut nemo privatus, ut. & in Authent. Signa, C. ut nemo privatus. sine jud. Menochius de arbit. cas. 338. Exea in *l. unic. C. de palatiis.* Novatinus *lib. 4. schedias, cap. 29.* Verrucius in *lexic. verbo Titulus,* Cujac. ad *tit. 1. feud. Cerdæ in adversarius. cap. 86. num. 4.* Erant autem tituli Principum & Regum aliquando quidem vela, quæ representarent Regiam potestatem, insignita imaginibus Imperatorum, & Principum, vel eorundem nominibus inscripta, eo ferè modo, quo hoc tempore cum urbs vel recuperaretur, vel jam primum obtineretur, vexillum Principis in editoribus locis statui, vel saltem insignia in portis, portibus, & porticibus, aliisque locis pingi, & effingi solent, ut hac ratione tanquam titulo quodam urbis dominium sibi vindicaret; & talia vela nominantur in *l. ne quis, C. ut nemo privatus, Vela Regia.* Et Sanctus Ambrosius vocat Regias cortinas, dum scribit ad Marcellinam de Valentiniانو Imperatore, qui cortinarum illatione intra Basilicam, sui juris eam facere tentarat, sed inani conatu, cortinis ad pueros turbam dilaceratis. *Agathias historiar. lib. 5. pag. 142.* Cum autem Anatoli funus offerretur ad sepulturam, tum vero quidam è turba spargebant in vulgus, eum justissime è medio sublatum, quippe qui injustissimus fuisset, multoque suorum amicorum spoliasset, quodque illa scripta tabella, & subpurpurei panni hunc exitum habuissent, quos ille frequenter opulentiorum domibus impositis, præ-*

reversus benevolentiam erga Imperatorem, &c. De his tabulis, seu titulis accipiunt textum in l. final. §. si ad januam, ff. quod vi aut clam. Lindembrog. in *Glossar. verbo Tituli*, Duarētus lib. 2. dist. cap. 40. Sed rectius textum illum accepit Iosephus ab Exca in l. unie. C. de palat. fol. 17. Supponit enim, apud Romanos tabularum inscriptiones, & titulos variis ex causis rebus apponi, ad indicandum quod quisque vellet, l. 8. ff. ad legem Jul. pecul. Inde locandis ædibus tabula appendebatur, ut ex Terentio, & Cicerone probat Brisson. lib. 3. select. cap. 8. Fuerunt auctionis, & venditionis tabulae, de quibus agit textus in l. Julianus, §. Julianus, ff. de action. empti, l. item apud Labeonem, §. si item si quis ff. de iniuria, Mornacius in d. l. unie. C. ut nemo privatus. Similiter fuisse tabulas ad designandos limites agrorum, constat ex d. l. qui tabulam §. ff. ad legem Jul. pecul. quam ita accipiunt Brissonius & Cujacius, quos refert & sequitur D. Joannes Suarez ad leg. Aquil. lib. 2. sect. 10. num. 23. tandem in usu fuit locatis domibus tabulas affigere ob non solutam pensionem, ut invec̄ta & illata describerentur, l. cum Domini, ff. locati: tabulaeque ita affixæ janua aditum, aut exitum præcludebant, l. si iniuria, ff. de injur. l. ult. C. Theodos. de administr. tut. ut ex Fornerio, & Samuele Petitio notat D. Joannes Suarez ubi proxime; & sic dominus omnia invec̄ta, & inclusa tacite oppignorata retinebat, quo modo intelligitur Paulus in l. pen. ff. in quibus causis pignus, dum inhabitantes servos manumitti posse ait antequam pensionis nomine præcludantur. Explicat Cujacius lib. 17. observ. cap. 39. & in l. 1. C. de necessariis servis. Merillus lib. 3. obs. cap. 25. De his ergo tabulis taciti pignoris Venulejum in dist. l. final. accipit eruditus Exca, à cujus sententia non multum abscedunt Cujac. lib. 16. obs. cap. 12. Alciatus lib. 4. parerg. cap. 20. Suarez dist. sect. 10. à num. 23. Amaya in l. 5. C. de bonis vacant. lib. 10. qui plura de his tabulis eruditè congesseunt. Alia etiam de variis tituli acceptionibus cumularunt Bulengerus de picturis lib. 1. cap. 22. Germonius de inault. Cardin. verbo Tituli, Baronius anno 112. & in Martyrol. die 26. Julii, Cohelius in notit. Cardin. cap. 6. P. Gregorius lib. 1. synag. cap. 5. in fin. & lib. 15. cap. 26. à num. 1. & de benefic. cap. 8. Petrus Faber lib. 2. semestr. cap. 8. Vaconius lib. 4. declarat. cap. 1. Ab hisce ergo titulis ædes fidelium divino cultui mancipatæ, in quibus fideles synaxes agere consueverant, tituli dic̄ta fuerunt, quia in eis crucis signum in titulum apponebatur. Anastasius Biblioth. in vita Sylvestri, ibi: Hic fecit in urbe Roma Ecclesiam in prædio cuiusdam presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, quem titulum Romanum construxit juxta thermas Domitianas, qui usque in hodiernum diem appellatur Titulus Equitii. Et in l. ult. C. Theodos. de pagan. l. decernimus, 26. C. de Episcop. & Cleric. Novel. 117. cap. 7. constit. 4. Juliani, cap. 1. cap. nemo, de consecr. dist. 1. Hinc in Ecclesiasticis historiis legiuntur titulus Pastoris, titulus Euprepiæ; hoc est, Ecclesia à Pastore presbytero, & ab Euprepiæ condita: & eo sensu legi Evaristum in urbe titulos, id est, Ecclesias divisisse presbyteris; & Marcellum 25. titulos in eadem urbe instituisse, ex Anastasio, & Beda notarunt Baron. anno 112. Severinus Binius in not. ad epistolam, 3.

Evaristi, & apud Prudentium hymno 12. legitur:

Parte aliâ titulum Pauli via servat Hostiensis.

Inde jus tituli in Concilio Brachar. 1. can. 31. ibi: Presbyteri, qui in titulis consecrantur. Synodus Rhemens. can. 26. Thron. 3. can. 14. ibi: De titulo minori ad majorem migrare nulli presbytero licitum sit, sed in eo permaseat, ad quem ordinatus est. Concilio Meldensi can. 11. apud Aithen. can. 36. & lib. 5. Capitul. Caroli, cap. 108. ibi: Presbyteri, qui in titulis consecrantur, secundum canones antequam ordinentur, promissionem stabilitatis loci illius faciunt. Et lib. 7. capitul. 172. excommunicantur presbyteri, qui titulos suos absque consensu Episcopi dimittunt, lib. 1. fendor. tit. 6. ibi: Dederit de rebus Ecclesiarum, qua eis subiecta sunt, & tituli vocantur; & aliis congestis à Baronio anno 112. num. 4. & 162. num. 3. & 164. num. ult. & 165. num. 3. & 166. num. 1. Tertian. lib. 5. propept. cap. 24. pag. 259. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 15. num. 65. Inde titulus pro Ecclesia ponitur in cap. dilectus, de capel. monach. & clerici intulati, pro beneficiatis, qui Ecclesiis præfecti sunt, accipiuntur in cap. 3. de clerico. consug. & aliis congestis à Filsaço de org. paroc. cap. 2. Hinc & Jacob Patriarcha Genes. cap. 28. consecrare volens locum in quo viderat Angelos per scalam ascendentes, & descendentes, erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper; nomenque urbis appellavit Bethel, hoc est domum Dei: Et lapis iste, quem erexit, inquit, in titulum vocabitur domus Dei. Nec dubito, quin titulus iste à Patriarcha erectus, figura, & umbra fuerit titulorum, quos christiani aliquando erant erecturi. Quare totum etiam illud sanctissimi Patriarchæ factum in dedicationibus templorum solemniter legitur, & canitur. Plura congestit P. Grethierus lib. 2. de Cruce, cap. 7. Nec inde credas, omnes basilicas olim titulos fuisse; tituli enim erant præcipua Ecclesiæ; relique basilicæ tantum, cæmeteria, oratoria, qua pietatis augendæ, & commodius exercendæ gratiâ ad faciliorem populi conventum passim in urbe dedicabantur; nec statim presbyteri in illis titulos apponebantur, sed aliqui commendabantur usque dum in earum titulum presbyteri ordinarentur. Anastasius Biblioth. in Innocentio 1. ibi: Eodem tempore dedicavit Basilicam sanctiorum Gervasii, & Protasii, ex devotione testamenti ejusdem illustris famina. Et infra: In quo loco Beatissimus Innoentius ex delegatione illustris famina Vestina titulum Romanum construxit. Quæ verba & alia quæ sequuntur, doctè explicat Boquetus ad Innocentium lib. 2. epist. 136. Et Damianum duas basilicas dedicasse, & unam tantum ex his in titulum erexisse, legitur apud eundem Anastasium in ejus vita; & ita poterat unus presbyter habere unam Ecclesiam in titulum erectam, & aliam commendatam, quæ nondum in titulum erecta erat, tanquam membrum, seu capellam Ecclesiæ principalis. Concilium Metense can. 11. ibi: Unusquisque presbyter unam solummodo habeat Ecclesiam; nisi forte antiquitus habuerit capellam, vel membrum aliquod adjacens sibi, quod non expedit separari. Concil. Nannez. apud Burchardum lib. 2. Decreti, cap. 26. ibi: Ut si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud seniores seculares nullâ præ-

vel senio Ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans ante existit; sed neque capellam sine consensu Episcopi. De hoc titulo ita pro Ecclesia, ad quam presbyter ordinatus est, accipit Boisquetus ubi supra; textum in can. 33. Concilio Caribag. ibi: Non habenti necessitatem, nec Episcopo licet usurpare rem aliquam tituli Matricis Ecclesiastica. Ubi ex exemplari Græco rectè legendum existimat: Non habenti ergo necessitatem, nec Episcopo licet usurpare rem aliquam tituli Matricis Ecclesiastica. Plura alia de titulo Ecclesiæ congeffit Ferrandus disquisit. relig. lib. 1. cap. 6. art. 2.

(c) Diaconum. Sed non levis controversia est, an præfens constitutio tantum de presbytero, & Diacono, de quibus loquitur, sit exaudienda, an verò de Subdiacono, & inferioribus clericis, ex identitate rationis, videlicet ministerii Ecclesiastici, & ne ipsi in opprobrium Ecclesiastici gradus mendacitate cogantur? Et de omnibus Alexandrum esse exaudiendum, suadet primò, quia si clerici in minoribus constituti gradibus mendacitate cogantur, sequitur opprobrium, seu contempus clericalis ordinis. Secundò quia & ipsi minoribus gradibus initiati ministerium proprium impendunt in Ecclesia, ut constat ex cap. 1. 15. dist. cap. Acolytus, cum seq. 23. dist. ubi eorum officia recensentur. Igitur ad titulum certæ Ecclesiæ debent ordinari, ut ex ea sustententur. Faciunt textus in cap. 1. ibi: Presbyterum, Diaconum, vel quemlibet, & cap. Sanctorum, 70. dist. ubi cum agatur de ordinationibus sine titulo non faciendis; generaliter de omnibus clericis idem statuitur; igitur tam de ordinandis in majoribus, quam in minoribus gradibus sunt exaudiendi, juxta regulam, quam deducunt omnes ex cap. clericus, 21. dist. cap. de persona 38. II. 9. 1. Sed adhuc contraria sententia tenenda est, videlicet præfentem constitutionem tantum de ordinandis in factis Ordinibus esse exaudiendam; quod in universali Ecclesia ita receptum esse post Tridentinum sess. 21. de reform. cap. 2. docent flamin. de relig. lib. 2. q. 6. num. 4. Quintanadvennas lib. 3. Eccles. num. 17. Salcedo in praxi cap. 18. num. 5. Suarez de censur. disp. 31. sect. 1. num. 33. Nec hac sententia retentâ obstant fundamenta contrariæ sententiæ; nam ut docent Doctores proximè relati, non eadem ratio militat in ordinandis absque titulo in minoribus; ac in majoribus gradibus; nam clerici in minoribus ordinibus constituti, absque dispendio clericalis ordinis possunt aliunde officio, aut artificio sibi quærere necessaria, quod clerici in sacris constituti absque dedecore Ecclesiastici gradus facere nequeunt; cap. 1. ne clerici, vel monachi; nec assiduum præstant in Ecclesia famulatum, officisque divinis intersunt clerici in minoribus, ut in majoribus gradibus constituti; unde præfens prohibitio de non ordinandis sine titulo, non procedit in initiandis minoribus ordinibus, ac in promovendis ad factos Ordines.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu, junctis cap. 2. cap. cum secundum, & boc: sequens communiter deducitur assertio: Episcopus non debet aliquem ordinare sine titulo, & si secus fecerit, tam ipse, quam ejus successor tenentur ita ordinato alimenta præbere usque adum beneficium assequatur. Probant, vel saltem ad eundem lentum reducendi sunt textus in c. 1. 2. 70. dist. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

cap. accepimus 13. de arate & qualis. cap. 5. de fidei præb. cap. tunc, 23. hoc ut. cap. cum de beneficio, cap. si Episcopus 37. hoc ut in 6. cap. postulasti, de jure patron. cap. per tuas, 35. cap. si quis 45. de simonia. Concilium Laodic. sub Innoc. III. anno 1200. cap. 3. Abrigente tempore Alexandri. III. can. 6. ibi: Item sacerdotes non ordinentur sine certo titulo. Salceburg. tempore Martini V. can. 5. Nullus admittatur ordinandus, vel promovendus ad ordinem super vicaria, nisi sit perpetua; à qua non possit ad inordinatum placitum amoveri. Senonense anno 1527. can. 4. Prohibemus ne aliqui ad sacrum subdiaconatus ordinem assumantur, nisi sub titulo beneficii viginti librarum Parisiensium admittantur, vel parimonii similis valoris. Colonense anno 1536. can. 2. Mogunt. tempore Pauli III. anno 1549. can. 81. Nec quisquis ordinandus recipiatur, nisi ad certum titulum Ecclesiasticus beneficii, quod sit perpetuum, à quo non possit ad inordinatum alicujus placitum amoveri. Trident. sess. 21. de reform. cap. 2. Authent. ut determinatus sit numerus, & illud collat. 1. consonat de jure nostro lex 14. tit. 15. lex 9. tit. 19. part. 1. lex 1. tit. 3. lib. 1. recopil. Illustrant ultra congeitos in præfentia Garanna, Barbosa de potest. Episc. alleg. 70. per totam, Petrus Gregor. lib. 1. de rescript. cap. 5. & de benefic. cap. 8. & lib. 1. part. tit. 13. cap. 3. Citonius ad tit. de arate & qualis. Narbona in d. 1. 1. recopil. glossa 1. Agidius Bossius tom. 1. moral. tit. 3. per totum. Mancinus juris sacr. controv. dist. 21. Menardus in not. ad sacram. D. Gregor. fol. 283. Filelacus de orig. Paroch. cap. 2. & 3. Aneas Robertus lib. 3. rer. judic. cap. 2. P. Bollo. in concionum. canonic. claf. 1. cap. 2. §. 8. Barbosa de jure Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 150. Acunna & Joan. Datus in dicta 70. dist. Suarez de censur. disput. 31. sect. 1. num. 33. Boisquetus in not. ad Innoc. III. lib. 3. epist. 18. & 184. D. Joseph. Vela differ. 43. num. 33. Hieronymus Garcia in summa tract. 1. difficult. 1. dub. 5. punct. 3. Duarens lib. 1. de sacr. cap. 16. Quintanadvennas Ecclesiast. cap. 3.

Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti consideratione: nam aut clerici necessarii sunt ordinandi ad titulum beneficii, seu certæ Ecclesiæ, ut ejus stipendiis sustententur; aut ut ibi resideant, sintque locales, non vagi, & acceptabili; sed neutrum necessarium est, immò contrarium disciplinæ Ecclesiasticæ: ergo præfens prohibitio aliena profus est à perita canonica. Major parebit ex infra dicendis; minor autem constat: nam si in ordinando titulus desideratur ut dicenda recipiat ab Ecclesia, ubi officium, & ministerium impendit; sæpe sæpius clerici Ecclesiæ stipendiis non sustentantur, cap. 1. de postul. ibi: Si stipendiis Ecclesia sustentantur, &c. Clericos autem illos convenit Ecclesia stipendiis sustentari, quibus nulla parentum suffragantur bona; quæ habentur cap. 1. q. 4. immò & industria, & artificio victum, & sibi necessaria quærere illis jubetur in cap. 1. 2. 3. & 4. 91. dist. Igitur necessarium clericis non debet stipendiis Ecclesiæ sustentari. Aliud membrum minoris propositionis probatur ex usu Ecclesiæ; plerumque enim clericos ordinari sine certa sede, ut tantum essent circuitores, constat ex can. 16. Synodi Laodicæ, ibi: Quod non oportet in vicis, & regionibus Episcopos constitui, sed visitatores. Ubi Zonaras notavit, Visitatores esse circuitores regionum, nullam certam sedem habentes, argumento legis 6. §. 1. ff. de excusat. tutor. quorum meminerunt Justinianus

Impugnatur tradita assertio.

nianus in l. 41. C. de Episcop. & cleric. D. Gregorius in lib. 3. epist. 2. ad Maximianum, ibi: *Visitatorum Ecclesiarum, clericisque eorum, qui cum ipsis per non sua civitatis parocia fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium.* Joannes II. Pontifex epist. 3. ad Episcopos Gallia, notavit Justel. in Codice Canonum Eccles. univ. fol. 217.

6.
Traditur
ratio deci-
dendi.

Qua difficultate non obstante, verum est, clericos non debere ad sacros Ordines ascendere, nisi cum vero, & certo titulo; nonnulla enim in militia Ecclesiastica, seu caelesti, argumento deducto à militia castrensi, in Ecclesia recepta fuisse pluribus parallelis ab utraque deductis, jam illustravi in titulis *de servis non ordin.* & *de corpore vitialis*: id tantum in praesenti observandum est, clericos exemplo militum certum titulum habere debere, ut de militibus prodit Suetonius in Claudio cap. 25. ibi: *Stipendiaque instituit, & imaginaria militis genus (quod vocatur supra numerum) quo absentes & titulo tenus figerentur.* Et sicut titulus militum erat ut essent *hujus, vel illius cohortis, aut centuriae*, Vegetius lib. 2. de re milit. cap. 13. ibi: *Præterea in averso scuto uniuscujusque militis erat nomen adscriptum, addito ex qua esset cohorte, quæve centuria*: ita clerici titulum proprium habere debent, ut illius Ecclesie dicantur. Docuit Petrus Chrysologus serm. 109. ibi: *Quis sine titulo militem se ausus est profiteri? Quis sine dignitatis infulus nomen dignitatis invadit?* Et observavit Merillus lib. 3. observ. cap. 2. Inde Ecclesia jam ab ejus cunabulis clericos certo titulo præfici, & propria Ecclesie servitio mancipari statuit, vagos, & acephalos clericos magnopere abhorrens, Concilium Mogunt. can. 22. ibi: *De clericis vagis, & acephalis, id est, qui sunt sine capite, neque sub Episcopo, neque sub Abbate, sed sine canonica vel regulari degenere, præcipimus, ut Episcopi sine ulla mora eos sub custodia confringant.* Concilium Meldense can. 52. *Qui verò ex nostris parochiis, ante ad titulum, aut absolute ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi aut in clero certo & religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita, & conversatione, & doctrina illorum certitudo possit agnosci, & nemo absolute quemquam ordinare præsumat, sicut sancti sanxerunt canonis.* Concilium Chalcedon. can. 6. illos appellat dissolute ordinatos, licet illis primis Ecclesie sæculis viri aliqui eruditione, ac pietate insignis hac lege soluti absolute sine Ecclesia ordinati fuerint, ut Sanctus Nolæ Episcopus de se refert epist. ad Severum Sulpitium, quæ est 6. Paulinatum, ibi: *Nam eâ condicione in Barchinonensi Ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi Ecclesia non alligaver, in sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Ecclesie dedicatus.* Idem epistola ad D. Augustinum scripta, quæ est 355. inter Augustinianas, loquens de B. Ambrosio, ait: *Suo me clero vindicare voluit, ut eisi diversis locis degeram, ipsius presbyter consecr.*

7.
Restituitur
littera cap.
neminem
70. dist.

Prior ergo lex hanc prohibitionem complectens, quæ extat in corpore juris, est Concilii Chalced. relati à Gratiano in cap. *neminem* 1. 70. dist. quæ canonem infideliter, & infelicitè verum esse ex Græco autographo, quæsti sunt eruditi viri. Apud Gratianum legitur, manifestè, manifesto errore, cum specialiter, veriti debeat. Deinde habet Gratianus, in Ecclesia civitatis suæ, qui illud suæ, addidit de sito. Etiam veriti, possessionis, cum legendum esset, *pago*. Tandem veriti, *emerentur publicata ordinationis vocabulum*, cum

vertendum esset, *publico edito*, seu potius præcânso assignetur. Vere, & integrè canonem illum ita vertit Ballamon ibi: *Nullum absolute ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui sunt in ordine Ecclesiastico, nisi specialiter in Ecclesia civitatis, vel pago, vel martyrio, vel monasterio is qui ordinatur, designetur.* Eos autem, qui absolute ordinantur, decrevit sancta Synodus irritam, ac invalidam habere ejusmodi manuum impositionem, & nusquam exercere, ac operari posse ad eum, qui ordinavit, in omnia. Eo modo illum legit Dionysius Exiguus in can. 184. Codicis Canonum Ecclesie, ex quo transcriptus est textus in cap. 2. hoc tit. Statuit igitur Sancti PP. neminem absolute esse ordinandum, sed certo loco esse assignandum, in quo suo, sive Presbyteri, sive Diaconi, aut alterius ordinis fungatur officio. Atne quis caufari possit, se generaliter Ecclesie fuisse ordinatum, & canonis satisfecisse, si modo in alio loco, prout libuisset, munus suum obierit, ut de S. Paulino retulimus; idcirco additum est in eo canone, specialiter, quasi innuat Patres, non cuilibet Ecclesie civitatis, sed huic, vel illi; non cuius pago, sed certo, ac definito; non cuilibet martyrio, aut monasterio, sed ei, quod fuerit nominatim expressum. Firmatur mirè hæc Concilii Chalced. constitutio ex Concilio Cabilonensi, temporibus Caroli Magni, can. 43. quæ verba etiam reperiuntur in addit. capitul. lib. 3. cap. 37. ibi: *Sunt in quibusdam locis scoti, qui se dicunt Episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum suorum, sive magistrorum Presbyteros, & Diaconos ordinant: quorum ordinationem, quia plerumque in simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subjacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes uno consensu decrevimus.* Ubi notandum est, erroneos illos Episcopos, quos Synodus Scotos appellat, non idèò damnati tantum, quia vix sine simoniaca labe aliquos in alienis diocæsis ordinarent, sed propter admissos in similibus ordinationibus errores, & eum præsertim, quo absolute, nec ad nullum titulum, vel Ecclesiam illos ordinarent.

Sed breviter præsequamur expositionem ejusdem canonis relati in cap. 1. 70. dist. Ajunt Patres Ecclesie, civitatis, sive possessionis, alibi, vel recessus in D. page. Quibus verbis nonnulli ducti existimant, per verbum *possessionis*, admittam esse à Patribus ordinationem ad titulum patrimonii, & ab eo tempore patrimonium habentem, tanquam cum justo titulo sacris Ordinibus initiati posse. Sed verius est, usque ad tempora Alexandri III. in præsentem textum nullum initium fuisse ad titulum patrimonii; quare verius credo, sive retineatur vox *possessionis*, vel *pago*, Patres sanxisse neminem ordinari posse nisi in Ecclesia civitatis, sive in Ecclesia in pago, aut possessione constructa. Non solum enim olim constituebantur Ecclesie in urbe, verum & in vicis, pagis, & possessionibus; textus celebris Areadii, & Honorii, qui floruerunt ante Concilium Chalcedon. in l. 33. C. Theodos. de Episcop. & cleric. illic: *Ecclesie, quæ in possessionibus (ut ad solet) diversorum vicis, vel quibuslibet locis sunt constructæ, clerici non ex alia possessione, vel vico, sed ex eo ubi Ecclesiam esse constructam, eatenus ordinentur, ut propria captationis onus ad sarcinam recognoscant.* Concilium Chalcedon. relatum in cap. 2. qui verò, 16. q. 1. ibi: *Qui per civitates singulas, seu possessiones in monasteriis sunt.* Mens ergo Patrum

in d. cap. x. est, neminem ordinari posse nisi ad titulum Ecclesiæ, quæ sit in civitate, seu pago, seu possessione constructa. Prosequuntur Patres, aut in martyrio, id est, oratorio, seu pio loco, Martyrum reliquiis dicato, ubi sanctorum Martyrum sacra pignora reposita erant, de quibus Theodolius in l. 2. C. de sacros. Ecclesi. quæ est lex ultima C. Theodos. de sepulchro violato, ita sanxit: Nemo Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis corporibus asimet esse concessam. Ubi sedem Martyrum pro Ecclesia in honorem Apostolorum, seu Martyrum erecta interpretantur Mancinus ibi, Cujacius in paratol. ad eundem titulum, Spondanus in comet. sacr. lib. 1. p. 3. cap. 14. in fine. Faciunt Hieronymus in vita Hilarii: *Ubi sub lato ad villam suam Sancti corpore, martyrium fabricaret.* Strabo de rebus Ecclesiast. Martyria vocabantur Ecclesiæ, quæ in honorem aliquorum Martyrum fiebant Sozomenus lib. 2. cap. 26. Illustrat Gothofredus in d. l. final. in illis martyris clerici horas canonicas, & divina officia præstabant: unde in Concilio Epaun can. 23. cavetur, ut Sanctorum reliquiæ in oratoris vicinis non ponantur, nisi forsan clericos cuiusque parochiæ vicinos esse contingat, qui sacris cineribus præstendi frequentia famulentur. Ivo Carnot. p. 3. Decreti, cap. 78. pro clericis, reponit numero singulari clericum; & pro ceteris, legit pignorum. In eo ergo loco, ubi reliquiæ Martyrum erant, tanquam in Ecclesia clericus ordinari poterat, & ita ad titulum martyrii clericum ordinari sinunt PP. in dicto cap. 1. & in ipsis Martyrum sepulchris pii cultus frequentabatur. S. Paulinus natali 6. S. Felices; & hoc erat Sanctorum memoriis communicare, juxta interpretationem loci Apostoli ad Roman. cap. 12. quam Optatus adhibet in init. lib. 2. Nec aliter legerunt eum Apostoli locum S. Hilarius lib. de Synodis, August. 2. contra Faustam, cap. 21. Epiphanius heresi 67. Illustrant Turc. lib. 4. pro Episcop. cap. 13. Theoph. tom. 18. fol. 527. Sequitur, at in monasterio; pro quorum verborum expositione sciendum est, primis illis temporibus monachos sacris Ordinibus non initiari, immò in eorum Ecclesiis constitui presbyteros, ut sacrificium Missæ celebrarent, ut constat ex ipso Concilio Chalcedon. can. 4. & 8. ibi: Clerici, qui in parochiis, & in monasteriis, aut martyris constituti, sub potestate sine ejus, qui in ea est civitate Episcopus, secundum traditionem sanctorum Patrum. Ex alia versione: Clerici, qui pauperum dispositioni, vel monasteriorum, vel martyriorum præsent, sub potestate singulorum civitatum Episcoporum, secundum canonum traditionem perdurent. Exant apud Gratianum in cap. quidam, S. clerici 18. q. 2. late probavi in cap. 5. de tempor. ordin. & dicemus infra in cap. 1. de capellis monach. Postea ceperunt monachi sacris Ordinibus initiari, & constitui non solum propriis Ecclesiis regularibus, verum & secularibus, cap. sic vivit, cap. si clericus, cap. vos autem, cap. legi, cap. monachi, 16. q. 1. Nostris autem temporibus in hujusmodi regularium ordinationibus titulus non est necessarius, quia in illis cessat præcipua ratio, videlicet, nomenclaturæ cogantur, quam supra assignavimus. Canonem prædictum Concilii Chalcedon. amplius fuit Urbanus II. in Synodo Placentiæ habita, relata in cap. 2. 70. d. ff. ibi: Sanctorum canonum stantis consona sanctione decernimus, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur. His duobus DD. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars 1.

caponibus irrita dicitur ordinatio ejus, qui sine certo titulo ordinatus fuit; quod est intelligendum quoad exercitium, ita ut suspensus ipse ordinatus maneat, ut post Glossam ibi docuerunt Turriscremata & Acunna; quinimò & Episcopum ita scienter ordinantem ab ordinum collatione manere suspensum, satis innunt textus in d. can. 1. cap. cum secundum, hoc tit. in illis verbis: In iuriam ordinantis; cui nulla alia injuria irrogata considerari potest, quàm hæc suspensio ab ordinum collatione. Succellit constitutio Alexandri III. in præfenti, qui duo noviter statuit: primum, ut loco suspensionis eam pœnam Episcopus qui ordinavit sine titulo, incureret, ut teneretur de necessariis providere ita ordinatis, donec beneficium Ecclesiasticum sint assèquuti, ad quod tempus referendus est Gregorius Turon. lib. 8. cap. 20. dum ait: Faustianus, qui ex jussu Gundobaldi, Aquensis urbis Episcopus ordinatus fuerat, eâ conditione removeatur, ut eum Bertheranus, Orestesque, sive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent, centenoque ei aureos annis singulis ministrarent. Unde cessavit suspensionis pœna, tam in ordinante, quàm in ordinato: in ordinante, quia alimenta præstat; in ordinato, quia si suspensus maneret, beneficium illi conferri Alexander non juberet, quia suspensus beneficium conferri non potest, ut omnes tenent per textum ibi, in cap. cum bona, de etate & qualitate & in cap. postmactis 7. de cleric. ex com. Secundum noviter constituit, ut ad titulum patrimonii possint clerici sacris Ordinibus initiari, quod constitutum non fuisse in Synodo Chalcedon. in illis verbis, seu possessionis, ut voluit ibi Turriscrema jam supra probavi, & observat etiam d. Florens in cap. 27. de rescript. Temporibus tamen D. Hieronymi clericos ordinatos fuisse ad titulum patrimonii, aliqui deducunt ex cap. 16. 16. q. 1. disertè tamen illud statuit Alexander in præfenti, in illis verbis, nisi talis, &c. quod confirmavit Concilium Trid. d. sess. 21. de reform. c. 2. Circa patrimonium autem, cujus intuitu clerici ordinantur, varia dubia exagitant & examinant, tam practici, quàm moralitæ, præcipue an ita spirituale maneat, ut alienari non possit, vel privilegium, & immunitatis rerum Ecclesiasticarum gaudeat? anque filius teneatur bona illa conferre cum ceteris fratribus? pro quorum solutione videndi sunt Matienzo in l. 11. tit. 10. lib. 5. recopil. Lafarte de decima vendit cap. 19. num. 9. & 51. Gu-tierrez lib. 1. practice. q. 8. Narbona in d. l. 1. tit. 3. lib. 1. recopil. Illud certum est, ordinatum ad patrimonii titulum, non posse illud alienare, nec super eas possessiones censum constituere, ut pluribus relatis tenet Matienzo lib. 2. resol. cap. 48. Post Alexandrum III. Innocentius III. in cap. cum secundum, hoc tit. præfentem constitutionem prorsus confirmavit, in super statuendo, successorem in Episcopatu teneri similiter alimenta præstare ordinatis sine titulo, ac tenebatur ille, qui eos ordinavit. Facit Gregorius Turon. lib. 8. hist. Franc. cap. 20. ubi Faustianus, qui jussu Gundobaldi, Aquensis urbis Episcopus ordinatus fuerat, eâ conditione removeatur, ut eum Bertheranus, Orestes, & Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent, centenoque ei aureos annis singulis ministrarent. Et eâ etiam constitutione sublata fuit suspensionis pœna statuta in prioribus canonibus; ad quam etiam constitutionem respexit idem Innocentius lib. 3. registr. 15. epist. 184. ibi:

ibi : Per constitutionem nostram. Nec audiendi sunt qui existimant, Innocentium abrogasse prædictam suspensionis poenam ; moti ex cap. per tuas 37. cap. penult. de simonia. Siquidem in eo textu suspensio incurritur, quia contra leges Ecclesiasticas, & in earum fraudem præcessit pactum, seu conventio de remittendo, vel alienando patrimonio, ad cuius titulum quis ordinatus fuerat, & non petendi necessaria ab Episcopo ordinante ; si autem absque fraude ordinari procederet cum patrimonio, aut titulo nullo, tantum cogere Episcopus alimenta præstare in ordinatus. Tandem Concilium Tridentinum sess. 21. de reform. cap. 2. postquam sanxit nullum, quantumvis idoneum ad sacros Ordines, esse promovendum, nisi ad titulum beneficii, vel patrimonii, in fine ita cavit : Antiquorum canonum penas super his innovando. Quibus verbis innovari antiquam suspensionis poenam, de qua in d. cap. 1. & 2. 70. dist. docuerunt Suarez, Sanchez, & Navarrus congesti à Barbosa in d. cap. 2. num. 65. Sed contrarium, videlicet Trident. tantum innovasse poenam dicti capituli cum secundum, & præstant textus, videlicet, ut nullam suspensionem incurrant ordinatores, & ordinati, sed tantum Episcopus teneatur providere de necessariis, quam plures docuerunt, quos refert & sequitur Barbosa ubi proxime, num. 67. & de potest. Episcop. p. 2. alleg. 20. num. 27. ubi exponit constitutiones Sixti V. & Pii II. editas contra male promotos.

10.
Prosequitur
ratio deci-
dendi.

His animadvertis, rationem præsentis assertio- nis duplicem assignant Innocent. III. in dicto cap. cum secundum, & Patres Concilii Trident. in dicto cap. 2. Innocentius primam repetit à jure naturali, & divino ; cura enim dicat Apostolus 1. ad Corinthios cap. 9. vers. 14. qui altari servit, de altari vivat, & mercenarius à mercede sibi debita repellere non debet, cap. 11. Luca. cap. Ecclesiasticis 67. 12. q. 2. dicemus latius in d. cap. cum secundum ; ideo clericus, qui in Ecclesia ministrat, & in ea assiduam impendit famulatum, non debet privari propriis stipendiis, immò de patrimonio Jesu. Christi sustentari debet, in cujus sortem & hereditatem vocatus est, cap. clericos, 21. dist. quam rationem late illustrat P. Gregorius de benef. cap. 36. ex num. 1. & lib. 16. synag. cap. 1. Patres Concilii Tridentini secundam rationem assignarunt, videlicet, ne talis clericus paupertate oppressus in opprobrium ordinis, totiusque status clericalis dedecus mendicare cogatur, juxta textum celebrem in cap. Diaconi 23. §. alias, vers. mendicare infelix, 93. dist. quam rationem illustrat Cujacius in novella 3. in fine, & lib. 1. feud. tit. 1. & in ejus confirmationem expendi possunt textus in l. si plures, C. de SS. Eccles. cap. 1. de insti. juncto Petro Gregorio de benef. cap. 8. à num. 1. quare apud Romanos ut aliquis in militem eligi possit, prius ejus census, seu patrimonii ratio habeatur, ut constat ex Jul. Paulo apud Lysium de militia Romana, Gellio lib. 6. noct. cap. 10. probant Robertus lib. 3. de re judic. cap. 2. Lantmeter. lib. 1. de veteri cleric. cap. 5. Quæ rationes dedecoris, & stipendii, seu mercedis in compensationem laboris conjungendæ sunt, ut prima concludat neminem esse promovendum ad sacros Ordines absque titulo, ne mendicare cogatur, aut aliquid fordidum, vel illicitum officium exercere in opprobrium status clericalis, Secunda ut probet ordinatum sine titulo

alendum esse, tam ab ordinante, quam à quolibet successore Christi patrimonium obtinente, ut debitam laboris officique sui mercedem & stipendium percipiat. Facit textus in l. unice. C. de periculo success. parent. junctâ interpretatione, quam adduxi in ca. n. 3. Concil. Ulster.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta ; nam verum est ex proximè adductis, clericum ideo absque titulo ordinari non posse, quia cum Ecclesiæ intersit, ab ea alimonias, & stipendia percipere debet, nec contrarium docetur in d. cap. 1. de postul. quia ut in ejus commentario dixi, verba illa, si stipendium Ecclesiæ sustentantur, referenda sunt ad clericos in minoribus ordinibus constitutos, qui non aliter à postulando removen- tur, quam si stipendiis Ecclesiæ alantur, Nec obstat textus in d. cap. clericos ; nam omisso Covar. in cap. 1. de testam. dicendum est, textum illum referendum esse ad tempora primitivæ Ecclesiæ, cum beneficia Ecclesiastica nondum erecta erant, sed bona Ecclesiæ sub dispositione Episcopi consistebant ; tunc enim si clerici bonis propriis patrimonialibus alii poterant, ex bonis pauperum aliquid percipere non valebant ; nec eo casu Alexander III. in præsentem ordinando, qui habet sufficientem patrimonium, petit aliud beneficium, seu titulum, Nec obstat, quod de clericis circuitoribus expendebamus ; nam illi ordinabantur ad titulum certæ Ecclesiæ, sed eo modo, ut continuo circuitent plebem, & delicta spiritalia inquirerent, ut pro ipsius canonis expositione ait Balsamon in illis verbis : Alii quidem canones in vicis, & in pagis Corepiscopos, & Presbyteros constituendos desinuerunt ; præsentem autem canonem jubet fieri Periodontas, & non Episcopos, ne dignitas Episcopi vitis, & contempta evadat ; sunt autem Periodontas, qui hodie ab Episcopis promoventur Exarchi, si enim circumcurrant, & delicta spiritalia observant, & fideles persequuntur, unde circuitores illi cum certo titulo promoti erant, sed pro munere proprio plebem circumbant.

Sed huculque traditus obstat textus in cap. postulasti 30. de jure patron. ubi docetur, posse clericum ad majores gradus ascendere ad præsentationem, seu intitutionem Rectoris reu- nentis beneficium, quo casu clericus ordinandus nullum titulum assequitur ex tali præsentatione, nec jus futurum ad beneficium ; igitur absque titulo potest quis ordinari. Pro cujus textus expositione sciendum est, intitutionem nihil aliud esse, quam nominationem, vel præsentationem rectoris Ecclesiæ consentientis, ut alius ordinetur ad titulum Ecclesiæ, quam ipse possidet, consentiendo non ut eadem, unaque Ecclesia illi simul conferatur ; quod fieri non potest, juxta textum in cap. majoribus 8. cap. cum non ignores 15. hoc tit. sed tantum consentiendo, ut certa portio fructuum loco pensionis assignetur ordinando, de qua intitutione aliqui accipiunt textus in cap. conquereute 6. de clericis non resid. cap. proposui 6. de filiis presbyt. quæ intitutio, ut difficultati satisfaciamus, non est titulus beneficii, sed cum ex ea detur certa, & perpetua congrua sustentationis, merito eo modo, quo patrimonium sufficientis est titulus ad ordines, ita est intitutio illa ; docuerunt Decius, Felinus, & alii, quos congerunt & sequuntur Gigas de pens. q. 6. num. 3. Quintanad- vennas lib. 3. Ecclesiast. num. 20. talis autem intitutus nullum jus habet ad ipsum beneficium, tam vivo, quam defuncto ipso Rectore,

ut

at pro ipsius textus interpretatione latè tradunt Rochus à Curte in tract. de iurepatron. verbo Competens, num. 61. Lambert. eod. tract. lib. 3. q. 5. art. 6. num. 10. & nos in eius commentario dicemus.

Ex suprà traditis lucem accipit textus in can. 52. Synodi Meldensis, ubi ita Patres sanxerunt: Qui verò ex nostris parochiis, aut ad titulum, aut absolute ordinari petantur, nullatenus ordinentur, nisi aut in clero certo, & religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita, & conversatione, atque doctrina illorum certitudo possit agnosci; & nemo absolute quemquam ordinare presumat, sicut sancti sanxerunt canones. Ibi enim duo diversa prohibentur: primum, ut nullus ordinetur; etiam ad titulum parochiæ, nisi per annum conversatus fuerit in civitate, ut ita de vita, & moribus ejus constet, juxta ea, quæ adduxi in cap. 9. de tempor. ordin. Secundum, ut nemo absolute ordinetur,

id est, ad titulum Ecclesiæ, sed specialiter ad titulum certæ Ecclesiæ; unde verba posteriora ipsius canonis referenda sunt ad canones Concilii Chalced. & Placent, de quibus in dicto cap. 1. & 2. 70. dist.

Ex suprà traditis etiam exponendus est textus in can. 6. Concil. Valent. Hispan. ubi ita statuerunt Patres: Ut nullus alienum clericum secundum decreta canonum sine consensu Episcopi sui audeat ordinare, sed nec illum sanctorum sacerdotum quisquam ordinet, qui localem se futurum primum non sponderit, ut per hoc nullus à regula, vel disciplina Ecclesiastica deviare permittatur impune. Quibus verbis damnantur clerici volatiles, & defultorii, nulli titulo, nulli Ecclesiæ addicti, seu mancipati; & ideo jubetur, ut omnes, qui ordinantur, promittant se locales futuros, id est, à proprio titulo, & Ecclesiâ non discessuros, juxta suprà adducta ex utraque militia; sacra, & prophana.

14. Intelligitur can. 6. Concil. Valent.

CAPVT V.

Idem (a) in eodem.

Quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas, vel tres, sed plures Ecclesias perhibeantur habere, cum nec duabus possint debitam provisionem impendere: per fratres, & Coepiscopos nostros hoc emendari præcipimus, & de (b) multitudine præbendarum canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam, & evagationis inducit, certumque continet periculum animarum, eorum, qui Ecclesiis deservire valeant, indigentiam volumus sublevari.

NOTÆ.

(a) *Idem.* Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 6. & habentur hæc verba in ipso Concilio Lateran. cap. 14. & statim postea annectuntur alia, quæ extant in cap. pratorum, de iurepatron.

(b) *Multitudine.* Quæ, seu pluralitas, beneficiorum duorum nomine verificatur, argumento capituli pluralis 4. ubi plura Pechius, & Caninius de reg. jur. lib. 6. l. ubi numerus 11. ff. de reb. Atque ideo leges ecclesiasticæ hanc prohibitionem firmantes, duorum beneficiorum plerumque mentionem faciunt, cap. clericum 21. q. 1. cap. is cui 19. hoc tit. in 6. Clementina si plures, eod. tit. Trident. sess. 24. de reform. cap. 17. sicut & dispensatio ad plura beneficia obtinenda, de duobus intelligitur, dicto cap. is cui 19. in fine, cap. non potest 21. hoc tit. in 6. cap. dudum 54. vers. super se, de elect. quod & in qualibet favorabili dispositione procedit, l. libertas 17. q. 6. post annos, ff. de manum. testam. Illustrat Barbosa dict. 265. Nec contrarium docetur in præsentibus per hanc dictionem, multitudinem, quæ plura ex se petit. Facit etiam lex 1. ff. de option. legat. ubi docetur eum, cui legata est optio servorum, posse tres eligere. Igitur quia pluralitas in duobus non verificatur, Nam dicitur est, in præsentibus non negari, quin pluralitas beneficiorum in duobus verificetur; sed mentionem multitudinis fieri, ut damnarent PP. expressè & specificè abusus, atque excellentius eo tempore vigentes apud aliquos am-

bitiosos clericos, qui contra sacros canones non solum duas, sed & plures Ecclesias possidebant; & ita contra interdictam pluralitatem veniebant; quæ pluralitas si in duobus verificatur, ex suprà traditis, fortiori ratione in multitudine; pluralitas enim simpliciter prolata ad duo refertur, dict. l. libertas, l. inter 217. §. finali ff. de verb. signif. l. si pluribus 33. ff. de legat. 1. textus ita intelligendus in l. pluribus 33. ff. de procurat. Si verò adjiciatur alicui numero præcedenti, importat augmentum illius, ut in præsentibus, & in cap. non debet 20. in fine, 67. dist. cap. 2. ibi: Duo, aut plura beneficia; de suis presby. lib. 6. l. nisi post tres, ff. si quis cautionibus, l. hac adjectio, 192. ff. de verb. signif. Nec obstat textus in dict. l. 1. ff. de option. legat. nam ommissis traditis à Pechio in dicto cap. pluralis; dicendum est, in ea specie legatarium, cui relicta fuit servorum electio ex familia testatoris, posse tres eligere, laxatis juris regulis, ex rescripto D. Pii, favore ultimæ voluntatis; siquidem in ea plenior interpretatio facienda est, l. 1. l. 3. l. plenum 11. §. si sed si pecoris, ff. de usu & habit. l. in testamentis, ff. de reg. jur. cap. cum dilecti 6. de donat. Costa lib. 2. select. cap. 4. num. 1. Fachineus lib. 13. controv. cap. 7. in fine: prosequuntur latius ipsius textus interpretationem Pinel. lib. 2. select. cap. 16. Larreatigui lib. 5. select. cap. 4. num. 3. Joannes Bertrandus in vita Proculi, qui rectè in eo textu pro Cæcilio, reponit Amisio. Commentarium hujus textus dabimus infra in cap. de multa.

Handwritten notes and stamps on the right margin, including '137' and '14'.

CAPVT VI.

(a) Idem.

Cum teneamur ex debito suscepti regiminis provisioni clericorum intendere, tibi, & aliis Ecclesiarum Prælati pro eis scripta nostra dirigimus, interdum etiam super illorum provisione, qui aliud sufficiens beneficium habere noscuntur. Verum aliquando ignoramus eos habere aliud beneficium, pro quibus tibi, & aliis Ecclesiarum Prælati scribimus. Si preces & mandatum nostrum pro aliquo recepisti, vel aliquando recipies, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commodè sustentari, nisi fortè in litteris ipsis de alio beneficio, quod habeat, mentio habeatur: aut si non potest sine scandalo ei provideri, æquanimiter sustinebimus, si pro eo preces, & mandatum nostrum non duxeris exequendum.

NOTÆ.

1. (a) *Idem.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 8. textusque iste refertur in acta Alexandri III. post Concilium Lateran. p. 30. cap. 2. & continet peculiarem decisionem circa prohibitionem pluralitatis beneficiorum, dum scribit Alexander, quod si Pontifex jubeat Episcopo ut beneficium conferat clerico aliud habenti, & Episcopus agnos-

cat ex tali collatione scandalum in Ecclesia generari, seu oriri posse, in simili rescripti executione super sedere debet, ut scandalum evitetur, cujus causâ, & ut cesset, plura in jure indulgentur, cap. ad aureos, de tempor. ordin. cap. 2. de prescript. ubi probavi, & latius illustravi in cap. si quando 5. de rescript. ex quo commentario præfens petendum est, videndumque Salgado de retent. bullar. 1. p. cap. 3. à princip. & cap. 4. per totum.

CAPVT VII.

(a) Idem.

Referente nobis I. presbytero latore præsentium, accepimus, quod cum duas Ecclesias haberet, Archidiaconus tuus ipsum alterâ illarum spohaverit, & eam cuidam presbytero G. nomine assignavit; prædictus autem I. sentiens se in hac parte gravari, ad fratrem nostrum charissimum Rhem. Archiepiscopum (b) appellavit. Cumque idem I. de mandato ejusdem Archiepiscopi in præscripta Ecclesia restitutus fuisset, memoratus G. ad nostram audientiam appellavit; postea verò præfatus Archidiaconus eundem I. eo quod ad præsentiam suam vocatus, ut alteram de prædictis Ecclesiis prænominato G. concederet, venire contempsit, vinculo excommunicationis (c) adstrinxit. Nos autem à sententia quâ tenebatur, facientes absolvi, eundem ad te duximus remittendum. Quocirca mandamus, quatenus partibus ante præsentiam tuam convocatis, præscripto I. unâ de præfatis Ecclesiis, quam voluerit, cum pertinentiis suis relicta, alteram præfato G. si Ecclesiam non habeat, non differas assignare. Si verò aliam habet Ecclesiam, ipsam alteri personæ idoneæ, beneficio Ecclesiastico carenti, incunctanter assignes.

NOTÆ.

1. (a) *Idem.*] In eodem, legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 9. id est, in eodem Concilio Lateran. p. 30. cap. 3. ubi reperitur hic textus.
2. (b) *Appellavit.*] Quatenus omisso Episcopo ad Archiepiscopum appellatio in præsentibus specie

admitteretur, exposui in cap. dilecti 65. de appellat. (c) *Adstrinxit.*] Quæ sententia ritè prolata fuit cum appellationis instantia fuisset finita; quatenus tamen Archidiaconus Rhemensis jurisdictionem contentiosam in hoc casu potuisset exercere, explicavi in cap. ad hoc, de officio Archid. Commentarium hujus textus dabimus in cap. de multa 28. hoc titulo.

CAPUT VIII.

Idem in Concilio (a) Turonensi.

MAjoribus Ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum clericorum præbendæ patiantur sectionem. Idcirco, ut sicut in magnis, ita quoque in minimis membris suis firmatam Ecclesia habeat unitatem, divisionem præbendarum, aut dignitatum (b) permutationem fieri prohibemus.

NOTÆ.

(a) **Turonensi.** Hæc Synodus celebrata fuit sub Alexand. III. contra Victorem Antipapam, ubi ipse damnatus fuit judicio 18. Cardinalium, & 124. Episcoporum, de qua hæc referunt Sigebertus: *In octavis Pentecostes Alexander Papa tenuit Concil. Turon. anno Domini 1163. in quo excommunicavit Octavianum cum aliis schismaticis, & complicitibus suis Joann. Tyrium in chron. de Regibus Franc. anno 1164. qui est 27. Ludovici Junioris, ibi: Concilium Turonense sub Alexandro Papa habitum est, quo acta Papiensis Concilii, in quo Victor & Fridericus præferant, damnata fuerunt, Matheus Paris. in histor. Anglic. Alexander Turonis Concilium celebravit in Ecclesia sancti Mauriti duodecimo Kalendas Junii, ad cuius vocacionem permissione Regis Anglia venerunt Archiepiscopi, & alii Anglia prelati, Thomas Cantuariensis Archiepiscopus cum suis suffraganeis, & ad dexteram Papa in Concilio sedit, & Archiepiscopus Eboracensis Rogerius ad sinistram, cum solo Episcopo Dunelmensi. Ex actis vitæ Alexandri III. probat Binus in notis ad hoc Concilium. In ea novem canones statui fuerunt, quos refert Neubrigenus in lib. rerum Anglia, & eorum sententias Corjolanus in summa Concil. fol. 524. In primo canone reperitur hic textus, & hujusmodi sectionem beneficiorum specialiter hoc Concilio prohibitam esse, constat ex cap. 186. cap. dilecto 25. hoc tit. cap. quæsitum, de rerum permut. cap. 3. hoc tit. in 2. collect.*

(b) **Permutationes.** Hanc partem exponemus in cap. quæsitum, de rerum permut.

COMMENTARIUM.

Conclusio, quæ ex hoc primo canone Concilii Turon. communiter deducitur, sic se habet: *Præbendæ, seu beneficia dividi non debent.* Probat eam textus in cap. 20. cap. dilecto 25. cap. vocante, cap. extirpanda, hoc tit. cap. unic. juncta rubrica, ut ecclesiast. benef. sine diminut. conferantur: cap. si quis præbendas 1. quæst. 3. Concil. Palentin. anno 1322. can. 9. Concil. Rheimense cap. 9. apud Carnot. p. 3. Decreti, cap. 49. ibi: *Sicut in unaquaque Ecclesia presbyter debet esse, ita ipsa, quæ sponsa, vel uxor ejus dicitur, non potest dividi inter plures presbyteros, sed unum tantummodo habebit sacerdotem, qui castè & sincerè regat; unde intridicimus, ut nullus presumat Ecclesiam inter duos, vel plures dividere, quia Ecclesia Christi uxor, & sponsa esse debet, non scortum, sicut Calixtus Papa testatur.* Consonant ecclesiæ Anglicanæ sanctiones, quas congerit Chopinus lib. 2. sac. pol. tit. 6. num. 17. Concil.

London. habitum anno 1237. cujus canonem refert Matheus Paris. per hæc verba: *Statuentes ne nunquam deinceps in plures personatus, vel vicarias una Ecclesia dividatur.* Illustrant ultra congestos à Barboza in præfenti, & in titul. ut eccles. benefic. ubi plures laudat Garanna, Stephanus Durantius quæst. 48. Robertus lib. 1. rer. judic. cap. 7. Vigelius in method. juris can. lib. 3. q. 48. fol. 219. Cironius ad ut. ut Eccles. benef. Botquetus in notis ad Innoc. III. lib. 1. epist. 51. Corrasius de benef. lib. 1. cap. 4. Valentis eod. tract. lib. 2. tit. 6. Petrus Gregorius lib. 1. part. tit. 28. cap. 15. & lib. 1. de rescript. cap. 25. Solorzanus lib. 3. polit. cap. 12. Salcedo de lego polit. lib. 2. cap. 19. Anton. Augustinus in epu. jur. lib. 15. tit. 12. Joannes Darius de benef. sect. 5. cap. 2. in fine, Lotherius de re benef. lib. 1. quæst. 28. n. 54. Solorzanus lib. 2. de jure Indiar. tom. 2. cap. 9. numer. 6. Artaleus tom. 1. de republic. cap. 2. sect. 1.

Sed præsens assertio difficilis redditur sequenti consideratione, nam electores alicujus officii, seu ministerii, possunt stipendiorum talis officii partem alij assignare, l. restituenda, C. de advocat. divers. jud. ibi: *In utrumque dividendum; l. final. C. de offic. magistr. minist. l. Seno, ff. de annuis legat. quod contingit cum æqualia sunt merita eorum, qui ad beneficium, seu præmium accedunt, ut contigit Scipioni, qui devictâ Carthagine, cum incertum esset quis ex duobus primus murum ascendisset, ambobus coronas donavit, ut referunt Livius lib. 6. belli Punici, Plutarchus in Scipione. Igitur etiam beneficium, seu præbenda inter duos æqualiter dignos dividi potest. Accedit, nam Episcopus potest, ut divinus cultus augeatur, novum onus spirituale beneficiis imponere, cap. significatum, hoc tit. Unde Ivo Episcopus Carnot. in sua Ecclesia divisit Præposituram, & dimidiam partem communitati Canonicorum contulit, ex qua fieret quotidianus panis, quem acciperent assidui, amitterent tardi, ut ipse refert epistol. 219. cujus verba retuli in cap. de cetero, de cleric. non resid.*

Quæ dubitandi ratione non obstante vera est præsens Concilii Turonensis constitutio, cujus rationem assignarunt Patres, quia videlicet majoribus beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum est, ut minores præbendæ dividantur: majores præbendas appellant Patres Episcopatus, minores verò Canonicatus, portiones, & cætera beneficia. Ratio autem cur tam majores, quam minores præbendæ dividi non debent, provenit ex earum natura, quæ petit unum tantum sacerdotem beneficiarium: sicut una diocesis petit unum Episcopatum, cap. clem non

non ignores 15. hoc lit. cap. in apibus 7. quest. 1. cap. univ. 8. final. 10. quest. 3. cap. final. 21. q. 2. quia reputatur absurdum, ut unum corpus duo capita habeat, ut docetur in cap. quoniam 14. de offic. Ordin. illic: *Ne una, eademque civitas, sive diocesis, diversos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diversa capita.* Illustrant latè Pereyra de emptione & vendit. cap. 26. num. 21. Bellarminus de Romano Pont. lib. 1. cap. 1. Simanchas de repub. lib. 3. cap. 2. & 3. Petrus Gregorius eod. tract. lib. 5. cap. 3 & 4. meritò ergo Patres Concilii Turon. prohibuerunt sectionem præbendarum; beneficiorumque divisionem.

5. *Disolvitur ratio dubitandi.* Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta; nam licet regulariter prohibita sit sectio præbendarum, quia tam majores, quam minores præbendæ debeant in sua integritate manere, vitia tam in capite, quam in membris unitatem servet Ecclesia; tamen quando auctæ fuerint Ecclesiæ facultates, poterit augeri præbendarum numerus; cap. cum M. 9. de constit. cap. una 33. de v. s. siquidem hæc regula Concilii Turonens. limitationem patitur, nisi ad iusta causa præbendas dividendi, constituendi que plures ex una, cap. vacante 26. hoc lit. cap. 3. de Eccles. edific. ideoque ubi utilitas Ecclesiæ id postulat, & præbendæ opibus abundant, iustè eas vacantes dividit Episcopus, ut docet Innocentius III. lib. 1. regestr. 13. epist. 50. ibi: *Gausfridus Eboracensis Archiepiscopus, de quadam magna præbenda duas instruit;* ubi notavit Bosquetus. Sicut enim licet generaliter prohibitum sit, ut collator non possit conferendo beneficium partem fructuum unius, vel plurium annorum sibi reservare, cap. prohibemus, de censibus; tamen id ex summa necessitate, & Pontificis licentia fieri valet, cap. penult. de v. s. & Joannem XXII. & Benedictum XI. sæpe sæpius in subsidium belli adversus fidei hostes partem fructuum beneficiorum reservasse, refert Cironius ad tit. ut eccles. beneficia dividi possint: quo modo sectionem beneficiorum in diocesis Palent. Calagur. & Burgenis defendit Salcedo d. lib. 2. de lege polit. cap. 19. inde etiam ex iustis causis pensiones constitui possunt. Solorzanus tom. 2. lib. 27. cap. 3. num. 27.

6. *Exponitur cap. cum venisset, de vestit. spol.* Primò superiori assertioni obstat textus in cap. cum venisset 9. de vestit. spol. ubi Archiepiscopus Eboracensis beneficium certo clerico contulit, reservatâ pensione annuatim solvenda cuidam monasterio; ita ut defuncto ipso posses-

fore plenè Ecclesia illa ad monasterium illud spectaret; & supponitur omnia ea ritè peracta fuisse ab Archiepiscopo: ergo quia Episcopus potest dividere beneficium, partem uni, & aliam partem fructuum alii assignando. Cui difficultati facilè satisfaciemus si supponamus in eo calu Archiepiscopum ex iusta causa Ecclesiam monasterio concessisse, ut facere potest, cap. 4. de donat. & consentiente ipso possessore pensionem impostam fuisse; quod totum auctoritate Pontificia firmatum fuit, quæ confirmatio in eo textu præcessit; ut ex ejus integra constat: unde virtute ipsius confirmationis quid mirum, ut beneficium possit dividi, & mortuo ejus possessore in perpetuum monasterio adjudicari.

7. *Exponitur cap. vlt. in locum defuncti tantum unus est ordinandus.* Secundò opponitur textus non vulgò notus in cap. relatum 12. de testam. in illis verbis: *Ubi autem in loco defuncti tantum unus est ordinandus.* Ex quibus facilè deducitur, aliquando siam in locum defuncti; ad ejus beneficium plures eligi, ordinatque posse: ergo quia una Ecclesia dividi inter plures valet. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, verba proximè relata esse accipienda juxta materiam, de qua agebatur, videlicet ut si defunctus habebat ultra præbendam simul administrationem Ecclesiæ, quia illi succedunt novus beneficiarius, & simul Capitulum Ecclesiæ; cujus administrationem gerebat, bona Capitulo debentur; si autem administrationem non habebat, quia tunc unus tantum; videlicet qui in ejus locum ordinatur, succedit, illi tantum bona defuncti reservantur, juxta ea quæ dicemus in cap. 1. de testament. non tamen ex eo textu probatur in locum unius beneficiarii plures eligi posse.

8. *Exponitur cap. propositio de filiis presby.* Tertio opponi potest textus in cap. propositio 6. de filiis presby. in illis verbis: *Ita quod præfatus R. medietatem omnium beneficiorum præfate Ecclesiæ eidem in suo ordine serviendo pacificè debeat ordinare.* Ex quibus apertè liquet, unam Ecclesiam inter duos dividi posse: ergo non rectè in præsentia sectio præbendarum prohibetur. Cui difficultati facilè respondetur, si observetur totam illam decisionem procedere ex speciali gratia & dispositione Pontificia; siquidem ipse Alexander III. magna æquitate ductus, eam fructuum divisionem in ea specie fecit ex iusta causa; unde rectè potuit beneficium in eo casu dividi.

CAPUT IX.

Idem Cant. (a) Archiepiscopo.

Relatum est auribus nostris, quod cum dilectus filius noster Jac. in Ecclesia tua per te canonicè sit institutus, & in Choro, Capitulo, & aliis, quorum communis est usus, plenam sicut Canonicus habeat potestatem, nondum præbendam sibi juxta promissionem tuam assignare curasti, licet post promissum tuum plures præbendæ in ipsa Ecclesia vacasse dicantur. Quoniam igitur dignum est, & consentaneum rationi, ut postquam canonicus est institutus, & à te habuit in promissis de conferenda sibi prima præbenda, cum in Ecclesia tua vacaret, debeat præbendæ integritate gaudere, præsertim, cum sicut nobis proponitur, literatus sit, & discretus: s. t. per A. l. p. m. quat. si idem Jac. in Ecclesia tua est Canonicus institutus, &

& in Choro, Capitulo, & in aliis, quorum communis est usus, potestatem sicut Canonicus habet, et præbendam, si qua de antiquis in Ecclesia ipsa nunc vacat, vel cum ibi primò vacaverit, omni oc. & contr. cessante, secundum promissionem tuam concedas liberaliter, & assignes: ita quod de constantia, & gravitate possis meritò commendari, & nos propter hoc iterato scribere tibi non compellamur, quia non est congruum, ut præbendâ careat, qui in Canonicum noscitur esse receptus.

NOTÆ.

(a) *Cantuariensis.* Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 11. de Ecclesia Cantuariensi jam nonnulla notavi in cap. 2. de rescriptis.

COMMENTARIUM.

Ex hoc textu communiter deducitur: *Receptio in Canonicum, & in fratrem, præbendam quancitò esse assignandam, præcipue si illi promissa fuit tempore receptionis.* Quæ assertio valde difficilis est, dum supponit promissionem præbendæ nondum vacantis valere, & adimpleri debere, cum expressè cautum sit ab ipso Alexandro III. in ipso Concilio Lateran. ut nullum beneficium promittatur antequam vacet, cap. 2. cap. extenore, cap. relatum. de concess. præbend. cap. 2. eod. tit. lib. 6. cap. dilectus 19. cap. dilectus 29. hoc tit. Igitur Archiepiscopus Cantuar. in præsentis casu, cum non possit promittere præbendam vacaturam, cogi non debebat huiusmodi promissionem adimplere. Etiam difficilis est textus iste, dum supponit recepto in Canonicum necessariò præbendam proximò vacantem deberi, cum certum sit canoniam sine præbenda consistere posse, cap. cum M. de consuet. cap. in nostra 32. de rescriptis, cap. dilectus, hoc tit. cap. si us cui 29. hoc tit. in 6. cap. final. §. in illis de concess. præbend. lib. 6. Igitur recepto in Canonicum necessariò præbenda conferri non debet.

Adhuc tamen si rectè perpendatur præsens decisio, magna nititur juris ratione, petita, tum ex eo, quod cum Canonicus virtute receptionis in fratrem, habeat sedem in Choro, & locum in Capitulo, divinisque intersit officiis, ut probavi in cap. 1. hoc titulo, ubi adduxi differentiam inter canoniam & præbendam; & tantum virtute ipsius receptionis distributiones quotidianas lucretur, cap. dilectus 19. hoc tit. quæ inter fructus ecclesiasticos non enumerantur, cap. dilectus 27. cap. licet 32. hoc tit. probavi in cap. de cetero, de clericis, non resid. & qui altari servit, de altari vivere debeat, ac fructibus ipsius Ecclesiæ sustentari, ut infra dicemus in cap. cum secundum, hoc tit. meritò Alexander III. jubet Archiepiscopo Cantuar. ut Jacobo recepto in Canonicum, & in fratrem, præbendam proximè vacaturam conferat, ut in simili casu docetur in cap. dilectus, cap. cum super, de concess. præbend. cap. si clericus 11. cap. si postquam 13. cap. si us cui 39. de præbend. lib. 6. cap. si capitulo, cap. si soli, cap. final. de concess. præbend. lib. 6. Accedit ratio specialis, præcipuaque huius decisionis; nam cum Richard. Archiepiscopus Cantuar. promississet Jacobo præbendam proximè vacaturam tempore receptionis in Canonicum, & in fratrem, promissioque hæc honesta, & possibilis esset, debebat illam adimplere, ex l. i. ff. de pactis, cap. 1.

§. 3. junctis ibi adductis, eod. titul. Rectè ergo Alexander III. Archiepiscopo Cantuarien. jubet, ut Jacobo præbendam proximè vacaturam conferat, quam se illi collaturam promiserat.

Nec obstat difficultas supra adducta, cui variis modis DD. satisfacere intendunt. Glossa 1. Immola, Anania, Decius, & alii, quos refert & sequitur Barboza in præsentis, num. 2. existimantur promissionem præbendæ proximè vacaturæ in præsentis sustineri, quia non tam promissio hominis, quam canonis erat; siquidem Canonicus in fratrem recepto debetur præbendam proximè vacatura, ex juris dispositione; unde promissio in præsentis facta ab Archiepiscopo valuit, quia juris regulis consona, conformisque erat; quia cum tantum expressisset, quod tacitè inerat, non mutavit naturam actus, l. 3. ff. de legat. 3. cap. significasti, de elect. Unde in præsentis promissio potiùs à lege, quam ab homine censetur facta, nec ex ea aliud jus queritur Jacobo, quam illud, quod à jure sibi competeat, ex d. c. cum M. de consuet. cap. si postquam, de præbend. in 6. notavit Valelius consult. 72. unde cum hæc promissio legi potiùs, quam homini accepto feratur, nihil mirum si non obstante Concilio Lateran. dispositione sustineatur. Nec hanc solutionem offendit textus in cap. dilectus 19. hoc tit. ubi videtur probari, promissionem præbendæ proximè vacaturæ, etiam recepto in Canonicum inutilem esse ex eo, quod expectare præbendam vacaturam repugnat Concilio Lateranensi. Nam huic difficultati respondendum est cum Immola, & Decio in præsentis, promissionem, de qua in eo textu, ideo inutilem esse, quia facta fuit non in consequentiam receptionis in Canonicum, sed potiùs principaliter ante receptionem; fuit enim facta in ipsa compositione, quam constat intervenisse ibi ante receptionem: unde cum facta fuisset ab homine, non à canone, hæc enim non aliter fit quam præcedente receptione, spiritum non est si contraria sit dispositioni Concilii Lateran. Nec etiam superiorem interpretationem evertunt textus in cap. tue 20. cap. dilectus 25. hoc tit. ubi probari videtur, quod nec etiam receptionis ratione potuit receptus expectare consequenter præbendam primò vacaturam. Quam difficultatem licet agnovisset Decius in præsentis, num. 5. eam tamen insolutam reliquit. Nec felicius alii, dum illorum iurium sententiam accepto fuerunt nullitati receptionis, de qua ibi; quæ expositio si vera esset, ineptè Pontifex affirmaret, Canonicum manere sub expectatione præbendæ primò vacaturæ; quandoquidem si receptio nulla erat, utique præbenda non posset deberi virtute illius receptionis, argumento legis non dubium, C. de legibus. Quare verius dicendum est, in dictis iuribus non rejici, nec improbari expectationem præbendæ primò vacaturæ in genere, sed in specie, id est, certi hominis; quod aperte colligitur

3.
Referretur
hujus sex-
tus iurati-
onem.

gitur ex serie eorum jurium, ubi proponitur, duos expectasse eandem præbendam, ad quam simul fuerant electi; quam electionem ut Pontifex impugnet, arguit ab evitando duplici absurdo, subijcitque, nec utrique eam præbendam conferendam esse, ne lectio præbendarum admittatur, contra supra tradita proximo commentario; nec item alteri tantum, ne contingat alium manere sub expectatione præbende ejusdem, ex jure præcedentis electionis: unde expectatio talis merito in prædictis juribus improbat. Veram hæc communis interpretatio hujus textus convincitur ex illis verbis, *promissionem tuam*; & ibi, *et à te habuerit in promissis*: ex quibus deducitur, obligationem Archiepiscopi Cant. non tam referri ad juris necessitatem, quam ad promissionis implementum, cum sæpe scriptis Alexander referat promissam esse præbendam, & promissionem esse adimplendam. Hac ergo solutione omittâ Cironius ad titulum *de concess. præbend.* existimavit, textum hunc esse referendum ad tempora Alexandri III. ante Concilium Lateran. quo prohibita fuit hujusmodi promissio beneficii nondum vacantis; unde cum ante prohibitionem similis promissio admittetur, ideo Alexander III. eam adimplendam esse ait. Sed hæc solutio, præterquam quod divinatoria est, cum non constet an hæc decisio præcessisset Concilium Lateranense, an postea emanasset, credi non potest compilatores primæ, & sextæ collectionis compilasse decisiones ipsiusmet Pontificis sibi contrarias, cum si præsens derogata erat, quæ utilitas ejus compilationis? Quare his omittis, pro hujus textus vera interpretatione sciendum est, varia fuisse pro temporum diversitate observata, & statuta circa promissionem beneficii nondum vacantis. Primum tempus fuit, quod sicut hodie beneficiorum plenissima potestas ad summum Pontificem spectabat, *cap. omnes 22. dist. cap. cuncta 9. quæst. 3.* ita ad Episcopum institutio in minoribus spectabat, *cap. omnes 16. q. 7.*

& collatio præbendarum ad ipsum, vel ejus Capitulum pertinebat, *cap. dudum 22. cap. cum Ecclesia, de elect.* Secundum tempus fuit Concilii Lateranensis celebrati sub Alexandro III. quo prohibita fuit promissio certi beneficii nondum vacantis, de qua in *cap. nulla 2. de concess. præbend.* ubi dicemus. Tertium tempus fuit Innocentii III. ampliantis prædictam prohibitionem, ita ut talis promissio incerti beneficii non admittetur, nisi sub illâ clausula, *cum potuerit*; vel, *cum facultas se obtulerit*, ut in *cap. cum dilectus 19. hoc tit. cap. ex tenore, cap. ad aures, de concess. præbend.* Sed quia sub illâ clausula illicitæ fiebant pactiones, Bonifacius VIII. omnino prohibuit promissionem beneficii nondum vacantis, directè, vel indirectè, etiam sub illâ clausula factam, *cap. 2. de concess. præbend. lib. 6.* juxta quam temporum seriem faciliè textus hic accipitur, & adducta difficultas dissolvitur; cum enim temporibus Alexandri III. tantum prohibita esset promissio certi beneficii nondum vacantis, non verò incertæ præbende, ideo in præsentis specie promissio futuræ præbende incertæ nondum vacantis sustinetur; at verò in dicto *cap. dilectus 19.* etiam talis promissio improbat, quia jam damnata erat per Innocentium III. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis, nam verum est, Canonicum absque præbenda stare posse, cum præbenda adhuc non vacavit, non vero postquam vacavit, aut occasio promissionis se obtulit; quia tunc quamprimum potest, debet illi præbenda conferri, *cap. final. de concess. præbend. lib. 6.* ut qui virtute receptionis jus ad præbendam tantum habebat, jus in re per ejus collationem assequatur. Duerenus *lib. 2. de sac. eccles. cap. 8.* Ludovicus Gomez in *regul. de expectat. num. 38.* Staphileus de *litteris gratia, titul. de expectat. num. 40.* Ojeda de *incomparib. benef. cap. 12. p. 1.* unde in præsentis merito Alexander III. decrevit recepto in Canonicum, & in fratrem præbendam primò vacaturam conferendam esse.

CAPVT X.

Idem (a) *Canonicis regularibus, & monachis Eborac. dioc.*

Avaritiæ, quæ est idolorum servitus, (b) ii debent radicem studiosius extirpare, qui sæculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu ministrare. Intelleximus quod in Ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consuevis percipere, portiones, vel antiquos redditus minorastis, quos nonnulli clerici Ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur. Unde quoniam hoc ex radice avaritiæ, & cupiditatis procedit, quam debetis modis omnibus evitare: d. v. p. A. s. præc. mandamus, quatenus, si quas portiones, vel antiquos redditus clericorum sine consensu Archiepiscopi vestri minuere, vel parccias dividere præsumpistis, ad integritatem pristinam revocetis.

NOTÆ.

1. (a) *Canonicis regul.* Ita legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 10.* & post Concil. Lateran. *p. 13. cap. 1.* Canonici regularem vitam in communitate jam à quinto sæculo Ecclesie agentes, ad differentiam Canonicorum, qui extra communitatem debebant, regulares dici cœperunt, ut probant Chopinus *lib. 1. de saera*

pol. tit. 3. num. 6. Pennotus *lib. 2. histor. canonic. regul. cap. 1.* Sed cum Canonicus à canone, qui latinè regula est, dicatur, aliqui improbarunt hanc geminatam in occupationem, quasi canonicum regularem dicere idem sit, ac regularem regularem appellare. Ludovicus Vives in *notis ad Divum Augustinum, lib. 3. de civit. Dei, cap. 15.* Idem, inquit, est regularis, quod canonicus, à *canone Greco.* Hinc quidam monachi D. Augustini,

non solum pntentur regulares, his hoc vocari gaudent. Coriolanus in defensorio, 1. p. cap. 5. ad 3. ibi: Qui regulati sunt ad observanda statuta Ecclesiarum Collegiarum, & maxime Cathedralium, Canonici sunt, & nominantur; & patet quod est negatio ponere ly Regularis, quia idem significat iste terminus, Canonici, quod iste terminus, Regularis; & nulla est penitus differentia inter eos, nisi quia Canonici est vocabulum Graecum, & ly Regularis, Latium. Sed doctè illos refellit Pennorus d. cap. 7. num. 1. & cum in tot decisionibus juris Pontificii Ecclesiae Praefules hac geminata nomenclatura utantur, ut probavi in cap. Deus, de vita & bono st. clerici, ad differentiam Canonici saecularis, non est curia his minutis immoremur: Unde cum Alexander III. in praesenti scriberet non solum monachis, verum & regularem vitam profitentibus in Eboracensi provincia, ubi erant plures Ecclesiae Collegatae Canoniorum regularium D. Augustini, ut refert Pennorus d. lib. 2. cap. 33. ideo ut eos omnes comprehenderet, praesenti constitutione recipiit generaliter Canonici regularibus, & Monachis Eborac. Archiepiscopus.

(b) Idolorum servitus. Doctè hanc metaphoram expressit, & exposuit Creolius lib. 4. mystag. cap. 31. Hoc autem vitium vitiosissimum, per antonomasiam appellatum eleganter depinxerunt D. Augustinus de verbis Domini, ibi: Insatiabilis sola avaritia divinum semper rapit, atque nunquam saturatur; nec Deum timet, nec hominem reveretur. Nec patri parcat, nec hominem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat. Viduam opprimit, pupillum invadit, liberos in servitutem revocat, testimonium falsum profert, res mortui occupantur, & qui faciunt, non moriuntur? Quae est illa animarum insana, amare vitam, appetere mortem: acquirere aurum, & perdere coelum? Sallustius in Catilin. ibi: Bellua fera, immanis & intolanda, quae quod tendit, agros, fana, atque domos vastat, divina cum humanis permiscet, nec exercitus, neque mania obstant, quominus vi sua penetret; jam, pudicitia, liberis, patriâ, atque parentibus cunctos mortales spoliat, quasi materia omnium malorum existit. Calliodorus lib. 12. epist. 1. Regnam illam procacium vitiorum avaritiam fuge, cui cuncta vitia detestabili devotione famulantur, quae dum peccati hominis ingressa fuerit, gregem quoque malefidas cohortes admittit. Ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria; agmen habet blandissimum, arma suscipit exalens, & per dulcedinem superat, quos amarâ deceptione capivat. Plura in ejus deteriorationem

concessit D. Joannes Solerzantus emblemate 39. COMMENTARIUM.

Pro hujus textus expositione sciendum est, quod licet beneficia saecularia saecularibus, regularia regularibus sint conferenda, c. possessiones de rebus Ecclies. cap. 2. de stat. regul. ubi exponimus textum in c. fin. de confirm. utili; tamen plerumque beneficia saecularia Ecclesiis tam monachorum, & monialium, quam canonicorum regularium variis modis uniri & subijci solent, praecipue duobus modis, Tamburinus tom. 3. de jure Abbat. disput. 9. per totam. Primò pleno jure quoad spiritalia, & temporalia, ut in cap. 2. de supplenda neglig. cap. cum & plantare 3. & in Ecclesiis, cap. quoniam 21. de privi. cap. 1. de capel. mon. lib. 6. Clement. 1. §. verum, de excess. Praelat. Secundo dumtaxat quoad temporalia, redditus videlicet, & fructus eorum in monasterii lucrum convertendos, institutione quidam, ac destinatione Episcopo reservatis, ut in cap. ad hoc, de offic. vicaris, cap. 1. & final. de capel. monach. quae unio fit pro augmento religionis, & ut paupertati monasterii consulatur, relicta congrua sustentatione ipsi beneficiariis. Trident. sess. 24. cap. 13. & 15. docet Salgado de pract. 3. p. cap. 9. num. 55. Ad hunc secundum casum, cum videlicet beneficium unitum fuerit tantum quoad temporalia, referendi sunt praesens textus, & in cap. de monachis, hoc tit. ut docuerunt Flores à Mena quast. 10. Garanna in cap. 1. de capel. monach. unde docet Alexander hic, non posse religiosos minuire redditus respectu portionis debitae rectoribus, seu vicariis ipsarum Ecclesiarum: cujus constitutionis ratio provenit ex eo; nam cum Ecclesia saecularis spectat ad regulares tantum quoad temporalia, ita fructibus, & redditibus uti possunt, ut injuria non irrogetur beneficiario, cui congrua portio ita assignanda est, ut ultra sibi necessaria etiam percipiat portionem, ex qua absque penuria Episcopo in juribus Episcopalibus possit respondere, cap. 1. §. sanè, de statu regul. lib. 6. Trident. sess. 7. cap. 7. & sess. 25. de regul. cap. 8. probavi in d. cap. 2. de supplend. neglig. Unde rectè ait Alexander in praesenti, non posse regulares minuire portionem debitam praedictis Rectoribus, aut eorum vicariis; quod etiam procedit si ratione juspatronatus praesentatio ad Ecclesiam saecularem regularibus competat; nam ad huc eo casu intra congruam portionem praesentatum gravare non debeat, d. cap. de monachis.

CAPVT XI.

Idem Praeposito, & Capitulo (a) Insul.

Significatum est nobis, quod cuidam sacerdoti praebendam unam in Ecclesia vestra communi voluntate dedistis, ita (b) quod Missam de sancta (c) Maria (nisi corporis infirmitate gravatus sit) debeat quotidie celebrare; & Ecclesiam vestram non nisi communi, tam Praepositi, quam Capituli assensu possit (d) dimittere, vel cuiquam praebendae illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem caecus confirmamus, ut praedictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat obsequium suum impendere Ecclesiae memoratae, & quantum frequentius potest (e) (salva honestate sua, & debita devotione) Missarum solemniter celebra-

celebrare : nec sibi liceat hoc illi subtrahere, siue causâ voluptatis, siue se ad aliam Ecclesiam transferendo.

NOTÆ.

1. (a) *[Nul.] Insulens.* legitur in prima collectione, *[sub hoc tit. c. 13.]* post Concilium autem Later. p. 50. cap. 9. legitur *Sulan.* Antonius Augustinus in notis ad i. collect. legendum putat *Insulano*; sed verius est legendum esse *Insulensi.* Insulensis enim Ecclesia est in Belgio: ejus Canonici à prima illius fundatione fuerunt canonici regulares; ut constat ex instrumento fundationis Balduini Comitis Flandriæ, qui dictam Ecclesiam fundavit anno 1035. ut refert Pennotus lib. 2. *hystor. canonic. r. gul. cap. 38. num. 7.*
2. (b) *Ita quod.* Sed hoc Capituli factum non leves continet difficultates. Primam ex eo, quod omnis pactio præcedens in spiritualibus simonica est, *cap. quamprimum 1. quæst. 1. cap. final. de pactis, cap. suam 29. cap. tua 34. de simonia*: sed in præsentî præcessit duplex pactio; alia de Missa quotidiana celebranda; altera de non recedendo ab Ecclesia invito Capitulo: ergo tantquam simonica admitti non debebat. Secunda ex eo nascitur, quia præbenda conferenda est purè absque ulla conditione, vel pacto, *cap. quam pio 1. quæst. 2. cap. 2. de elect. lib. 6.* quia talia simoniam redolent, *cap. per laicos 16. quæst. 7. cap. cum pridem; de pactis*; quod idem procedit in modo adjecto, *cap. verum; de condit. appost. l. 1. C. de donat. qua sub modo*: igitur in præsentî, nec in modum conditionis, nec in formam modi poterat præbenda ita conferri; præcipue; quia sicut præbenda dividi non potest, *cap. majoribus 8. hoc tit.* ita nec tempore collationis novum onus illi imponi, *cap. unie, ut eccles. benef.* Sed prima difficultati ut satisficiant Glossa & communiter repetentes in præsentî, docent collationem præbendæ hinc factam non fuisse sub modo, ut conditione, sed præbendæ ipsi vacanti tale onus impostum fuisse; & ita cum suo onere præbendam in noviter electum transferre, argumento textus *in dist. cap. unie. vers. Si verò; ut eccles. benef. cap. ex literis, de pignor.* Glossam sequuntur Decius *hic, num. 10.* Abbas *in cap. Jacobus, num. 3. de simon.* Sylvester *verbo Simonia, quæst. 9.* Spino *in specul. istam, gloss. 7. princip. à num. 32.* Sed licet hæc interpretatio vera sit, quatenus supponit Episcopum posse beneficio vacanti novum onus adicere spirituale, ut probavi *in d. cap. majoribus*, tamen præsentî decisioni non convenit, cum aperte ex ea constet, tempore collationis conditionem illam adjectam fuisse. Quare eâ solutione obviâ, placet aliorum sententia, qui docent in spiritualibus conferendis modum, aut conditionem similiter spirituales absque vitio simoniae adici posse; quia tunc nihil datur spirituale, quod similitudinem pretii habere possit, ut late probat Anguianus *lib. 4. de legibus, cap. 7. per totum*: Unde cum in præsentî casu Ecclesiæ præbendâ collata fuisset sub spirituali modo, videlicet cum onere celebrandi Missam, merito Alexander III. hujusmodi collationem, tantquam ab omni simoniae labe immunem approbavit. Nec obstat secunda difficultas deducta ex eo, quod collatio beneficii sub conditione fieri non debet, *d. cap. 2. de elect.* quia tanquam

actus legitimus eam recipere non valet, ut probant Selva *de benef. 3. p. quæst. 20.* Lambert. *de jure patron. lib. 2. p. 2. quæst. 3. num. 9.* Covar. *lib. 3. var. cap. 16. num. 2.* Cui difficultati; ut aliqui satisficiant, docent regulam textus *in d. cap. 2.* non procedere in conditionibus, quæ tacite infunt, quæ etiam exprimentur, non vitiant actum; ita Glossa *in cap. significasti, de elect. & in Clement. 1. de restit. spol.* docent Navarrus *in cap. accepta, oppos. 7. num. 41. de restit. spol.* Miranda *in manual. rom. 2. quæst. 23. art. 17.* Quare collatio beneficii rectè fit sub ea conditione, si idoneus est; ut docet Felinus per textum ibi *in cap. final. num. 14. de presump.* quare cum in præsentî casu, saltem in genere præbendæ inesserit onus Missam celebrandi, etiam si exprimeretur, non vitiat collationem. Sed facilius responderi potest, textum *in d. cap. 2. de elect.* procedere in conditione, quæ suspendit actum, non verò in modo licet adjecto, ut fuit in præsentî onus celebrandi Missam; quia tunc cum eo onere purè fit collatio; & tale onus adici posse, jam probavi *in d. cap. majoribus.*

(c) *Missam de sancta Maria.* Sed obstat quod Missa publica, & quotidie ex ritualibus Ecclesiæ statuta prætermitti non debet ob Missam privatam, *cap. 2. de celebrat. missar.* unde presbyterum non observantem rubricas ipsas Missalis Romani, lethaliter peccare defendunt Azor *1. p. instr. lib. 10. cap. 29. quæst. 6.* pluribus relatis à Diana *2. p. tract. 14. resol. 55.* Igitur in præsentî casu non poterat à Capitulo injungi onus quotidie celebrandi Missam de B. Virgine Marjæ: Pro cujus difficultatis solutione dicendum est, quod licet in hoc casu gravamen de dicenda Missa imponeretur, non tamen ex eo derogatum fuit Ecclesiæ statuti, aut rubricis, ita ut obligatio assidue celebrandi in præsentî debeat intelligi juxta Ecclesiæ dispositionem, & consuetudinem, ut docuerunt Barbosa *de potest. Episc. 2. p. alleg. 24. numer. 32.* Diana *2. p. tract. 14. resol. 31.* Unde inferitur, quod regulariter loquendo; clericus qui debet celebrare Missam secundum dispositionem fundatoris, qui fuit ut quotidie Missam diceret de aliquo Sancto speciali; ritè adimplet onus sibi injunctum, si juxta Ecclesiæ rubricas celebret, ut tenent Lara *de capel. lib. 2. cap. 8. num. 32.* Sylvester *verbo Missa, quæst. 10.* Manrique *de differ. utriusque for. quæst. 19.*

(d) *Possit dimittere.* Hæc verba expolui *in cap. admonet, de renunc.*

(e) *Salva honestate.* Unde capellanus, qui obstrictus est per se Missam celebrare, ritè potest ob honestatem, & majoris devotionis gratiam omittere singulis hebdomadis vitam, vel aliam, dummodo voluptatis causâ id non faciat; ut resolvunt plures congesti, à Narbona *in bonograph. hor. 5. numer. 11.* Prado *de Eucharis. quæst. 83. dub. 15. S. 2.* Leander, Lugo, & Diana, quos refert & sequitur Pater Henao *rom. 2. de sacrific. Missæ, disputat. 19. sect. 3. numer. 31.* qui sequentibus questionibus examinat, an talis capellanus aegritudine oppressus per longum tempus; teneatur per substitutum celebrare; & an his diebus; quibus propter honestatem; majoremque devotionem

tionem excusatur ab onere celebrandi, possit celebrare; quæ omnia huic textui non male an-
pro se, vel pro alio, accepto stipendio Missam necuntur.

CAPVT XII.

Idem Vigor. (a) Episcopo.

DE monachis autem, qui vicarios parochialium Ecclesiarum in tantum gravant,
ur (b) hospitalitatem tenere non possint, nec honestam sustentationem habere,
eam curam & providentiam habeas, quod ad præsentationem monachorum nullum
recipias, nisi ei tantum de beneficii ecclesiasticis coram te fuerit assignatum, unde ju-
ra Episcopalia possit persolvere, & congruam, atque sufficientem sustentationem habere.
Illis autem sacerdotibus, quibus à te, vel prædecessoribus tuis in Ecclesiis mona-
chorum cura est animarum commissa, eam subtrahere non poteris, nisi ipsis à mona-
chishonestà, & sufficiens sustentatio fuerit assignata.

NOTÆ.

referri partem textus in cap. meminimus, de appel.
ubi jam id notavi.

(a) Vigor. Ita etiam legitur in prima colle-
tione, sub hoc tit. cap. 14. ubi additur pars
capitis meminimus; unde constat in præfenti,
(b) Hospitalitatem.] Valde consonat textus in
cap. 2. de supplend. neglig. ubi quæ ad hunc tex-
tum spectant, adduxi, & in c. avaritia 10. hoc tit.

CAPVT XIII.

Idem (a) Salernit. Archiepiscopo.

AD hæc, licet consuetudo illa non sit consona rationi, secundum quam clericus, si
à Kal. Mart. usque ad Kal. Novembris decesserit, totum fructum beneficii, quod
debet anno illo percipere, secundum suam voluntatem largitur: quia tamen in mul-
tis Ecclesiis observatur, eam satis in Episcopatu tuo poteris tolerare, præsertim si cle-
ricus, in decessu suo gravetur onere debitorum. Illud est omnino rationi contra-
rium, ut unus clericus in una Ecclesia, vel in diversis Ecclesiis Archidiaconatum &
(b) Decanatum obtineat, cum singula officia in Ecclesiis assiduitatem exigant per-
sonarum.

NOTÆ.

cum tu, de usur. aliam in cap. 4. de cohabit. clericis.

(a) Salernit. Ita legitur in prima collectione,
sub tit. de excess. c. 7. ubi additur pars capi-
tis tuos, & infra: sed legendam esse, cum tu, &
infra, jam notavi Antonius August. in ipso textu,
unde cognoscitur priorem partem extare in cap.
(b) Archidiaconatum & Decanatum.] Nisi ex
dispensatione Pontificia, ut in cap. tua, de cle-
ric. non resident. ubi notavi, aliàs nemo po-
test obtinere utramque dignitatem. Commen-
tarium hujus textus dabimus in cap. de multa, hoc
titul.

CAPVT XIV.

Idem [a] Burdegalensi Archiepiscopo.

PRæterea de Arch. G. qui in tua, & Tolosana Ecclesia (b) Archidiaconus sit con-
stitutus, in utraque (c) regulariter professus, collectis illis, quæ in Archidiaconatu
Ecclesiæ tuæ colligere potest, præter conscientiam tuam Tolosam regreditur, &
ibi per annum, vel eo amplius moratur: prudentiæ tuæ significamus, ut eundem
G. si res ita se habet, altero, quem maluerit, Archidiaconatu, oc. & ap. celi facias
esse contentum.

NOTÆ.

post Concilium Lateran. p. 24. cap. 5. ubi extat
integra hujus textus: ejus prior pars extat in c. 2.

(a) Burdegal. Ita etiam legitur in prima colle-
tione, sub tit. de excess. Prælat. cap. 4. &
D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.
qui matrimonium accusare, in 1. collect. Burdigala
civitas Galliæ est, supra Garumnam flumen, ad
N mare

mare Oceanum, ut refert Pappirus Mafon. *in de-
fcript. Callia per flumina, fol. 553.* Prima provin-
cia Aquitania, Burdegala est, ita dicta, ut ait
D. Iſidorus *lib. 18. etymol.* quod Burgos Gallos
primum colonos habuerit: plura de ejus ſitu, &
antiquitate tradit Chenu *in chron. fol. 411.* habet
Eccleſiam Cathedralem dicatam ſancto Andree,
de cujus Primatu egi *in cap. final. de majorit. &
obed.* Gaufrido, ſeu Geufrido ejus Præſuli miſſa
eſt præſens decifio.

(b) *Archidiaconus.*] Juxta conſuetudinem Gal-
lie in præſenti relatam, & jam notavi *in cap.
tua 8. de cleric. non reſid.*

2. (c) *Regulariter.*] Olim enim in utraque Eccleſia
Metropolitana, Burdegalenſi videlicet, & To-
loſana, canonici vitam regularem profiteban-
tur, juxta regulam D. Auguſtini. De Burdega-
lenſi ita ex Vicentio, & Antonio *in vita Caroli*

Mag., cap. 29. refert: *Beatum namque Rolan-
dum ſuper diuamula, ſapeto aureo ſubveſtimu,
palis lectum, uſque ad Blavium Carolus deſerri
fecit, & in Beati Romani Baſilica, quam olim ipſe
ædificaverat, Canonicoſque regulares intromiſerat,
honorifice ſepelivit.* Que verba de ipſa Eccleſia
Burdegal. exponit Pennotus *lib. 2. hiſtor. canonic.
regul. cap. 33. n. 11.* Tolofanam Eccleſiam etiam
utque ad annum 1500. Canonicoꝝ regularium
fuille liquet *ex cap. in cauſis, de elect. & ex chron.
Toloſan. ubi legitur, quod Carolus Magnus circa
annum 390. in medio civitatis poſuit monaſte-
rium, conſtituens ibi ſedam Archiepiſcopalem:*
refert Pennotus *d. cap. 33. num. 20.* Unde Archidia-
conus, de quo in præſenti, in utraque Eccleſia
viram regularem fecerat, profeſſus que erat. Com-
mentarium hujus textus dabimus infra *in cap.
de multa.*

CAPVT XV.

Alexand. III. (a) Januenſi Epifcopo

Cum non ignores, quod una Eccleſia (b) unius debeat eſſe ſacerdotis, mirabile geri-
mus, & indignum, ſi uni perſonæ locum in pluribus Eccleſiis velis concedere,
& in Epifcopatu tuo inducere conſuetudinem (c) Gallicanæ Eccleſiæ, quæ cum unum
ad plura recipiat beneficia, contra ſacrorum canonum inſtituta, non comprobatur à
nobis, licet non poſſit (d) præ multitudine delinquentium emendari. Cum igitur nun-
tius illius præſbyteri, qui in duabus Eccleſiis locum habere conatur, & quidam cle-
rici Eccleſiæ ſancti G. de Raballo, in qua locum ſe habere dicebant, ad præſentiam
noſtram acceſſerint: nos attendes non eſſe conveniens, vel honeſtum, ut idem
preſbyter locum in duabus Eccleſiis habeat, volumus, & mandamus, quatenus illo
beneficio, quod habet, faciatis eum manere contentum. Quod ſi forte Archipreſby-
ter, & clerici alterius Eccleſiæ in eum conſenſerint, eis nunc diſſidentibus, cum ipſo-
rum ſcandalo non debeat locum in ipſa Eccleſia, vel quærere, vel habere.

NOTÆ.

1. (a) *Januenſi.*] Januenſi, legitur in ſecunda col-
lectione, ſub hoc tit. cap. 1. Sed idem eſſe Jan-
nuam, ac Genuam, jam ſuprà notavi *in c. 21. de
elect.* ubi nonnulla de hac Eccleſia congeſſi.
2. (b) *Unius debet.*] Ita ut nec plures ad eam
eligi debeant, juxta adducta *in cap. majoribus,
hoc tit.* nec unus ad plures, ut in hoc textu do-
cetur.
3. (c) *Gallicana.*] Ut notavi *in cap. antecedenti.*
(d) *Præ multitudine.*] Eſt enim tam tituta,
quàm certum, mitius agendum eſſe cum multi-
tudo deliquit, aliquidque ſeveritati detrahen-
dum, cum non hujus, aut illius periculum,
ſed multorum jacet ſtrages; magisque tunc mo-
nendo, ac minando, quàm puniendo agi debe-
re, ut ex Sanctis Patribus probat Gratianus
*in cap. conſtitueretur, 50. diſtinct. cap. ordina-
tiones, cum ſequent. 13. queſt. 4.* & pluribus ra-
tionibus adſtruit Farinacius, & Tiraquel. *de
pœnis temper. cauſa 47.* adducentes verſum illum:

*Per populum multum crimen pertranſit in-
ultum.*

Cui convenit Seneca *lib. 2. de ira, cap. 10. ibi:*
*In ſingulos ſeveritas Imperatoris diſtinguitur; ac
neceſſaria venia eſt, ubi totus deſeruit exercitus: nam
licet non tollat culpam, nec iram ſipientis turba pec-
cantium; intelligit tamen quàm iniquum ſit, & pe-
riculoſum irarſci publico vitio.* Sic etiam Scipio
Africanus ſeditione inter milites orã, in eos
tantùm, à quibus initium tumultus cœperat,
animadvertendum cenſuit, dicens, ita fieri poſſe,
ut pœna ad paucos, exemplum ad multos per-
veniret: referente Plutarcho *in Scipione.* Illuſtrat
D. Joannes Solorzanus *embl. 75. in fine.* Sed ſi
multitudo in ſuo ſcelere perſeveret, aut deli-
ctum commiſſum ſædiſſimum, graviffimumque
ſit, tunc totam quoque puniri poſſe, & deleri ſo-
lere, conſtat ex generali Sodomorum punitione,
& illa, quam Moyses propter peccatum idolola-
triæ in viginti duo millia hominum fecit. Com-
mentarium hujus textus reperies *in cap. de multa,
hoc tit.*

CAPUT

CAPVT XVI.

Innocentius III. (a) Zamorensi Episcopo.

Cum secundum Apostolum, qui altari servit, de altari vivere debeat: & qui adonus eligitur, repelli non debeat à (b) mercede: pare à simili, ut clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus (c) obsequio deputantur, ut ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim à *κατά φύσιν*, quod est fors, vel hæreditas, (d) appellentur, quia in sui ordinatione, vel assumuntur in hereditatem Domini, vel assequuntur hereditatem in ipso, ut verè possint psallere cum Propheta: Dominus pars hæreditatis meæ; dignum est ut Ecclesiæ stipendiis sustententur, in quâ, & per quam divinis obsequiis adscribuntur. Licet autem (e) prædecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur, in injuriam ordinantium irritas esse voluerint, & inanes; nos tamen benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores, vel (f) successores ipsorum provideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur: ne forte clamores pauperum clericorum, quos in aures Domini Sabaoth credimus introire, indurata facie negligere videamur. Inde est, quod cum dilectus filius Bernardus lator presentium, à (g) G. bonæ memoriæ prædecessore tuo (sicut asserit) in officium fuerit Subdiaconatus nullo præsertante promotus, nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus: fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si eum cum dilectis filiis I. Decano, N. magistro scholarum, & Helia, Canonis Zamorensis, quibus examinationem ipsius duximus committendam, idoneum repereris, & ecclesiastico beneficio non indignum, tamdiu ei vitæ necessaria congruè subministras, donec per te in Zamorensi Ecclesia vel in alia fuerit competens ecclesiasticum beneficium assecutus: sciturus pro certo, quod si per (h) examinationem illorum fuerit repertus idoneus, & tu ei juxta mandatum nostrum neglexeris providere, cum hoc nobis per eorum litteras innotuerit, ad id exequendum to per distributionem ecclesiasticam compellemus; quia sicut nolumus injusta præcipere, sic eum juxta præcipimus, volumus efficaciter exaudiri. Datum Laterani III. Non. Aprilis

NOTÆ.

(a) Zamorensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc in c. 1. & in epistolis editis à Silero, fol. 37. ex quo codice ita restituro hujus textus integram. De Ecclesia Zamorensi nonnulla notavi in cap. 4. de supplicanda neglig. Præfens epistola missa est D. Petro ipsius Ecclesiæ Præfati, qui floruit in ea circa annum 1203. ut refert Agidius Gonzal. in theatro ipsius Ecclesiæ.

(b) Mercede. Consonant D. Gregorius relatus in cap. ecclesiasticis 12. q. 2. D. Cyprianus lib. 4. epist. 2. ad Anton. ibi: Operari in patris rusticum posse, si dixeris, agrum ferit à omni rusticitate exerce, cultus diligenter insiste: sed nullam messem metis, vindemiam nullam præmes, nullas olivæ tui fructus capis, nulla de arboribus pomâ decerpis. Liv. ait lib. 5. nullquam operam esse sine emolumento, nec emolumentum sine impensa opera esse. Casiodorus lib. 10. var. epist. 27. nimis in ipsum agebat plenissimis cellis vacuos elutire cultores. Unde Ecclesiæ praxis semper fuit, clericos omnes Ecclesiis intervientes à populo stipendia accipere, ut ex canonibus compilatis *causa 12. q. 2.* exploratum est. Unde in oratorum Oratoria erigi non licere, nisi congruâ dote, ad alimoniam ministrorum, statuitur in Concil. Bracharensi 2. can. 5. Tolet. 3. can. 9. Mogunt. sub Arnulpho can. 4. Vorwat. can. 6. & 55. Troslejan. can. 6. Facit D. Hieronymus epist. 1. ad Heliodorum, dum illud discrimen assignat inter clericos & monachos; ut clericis stipendia debeantur, monachi stipendia debeant, ibi: *Alia causa est monachorum, alia D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.*

clericorum: clerici pascunt oves, ego pascor: illi de altari vivunt, mihi quasi infructuosa arbori securus ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Quod omne in religione observatum legitur; in Judaica enim, & veteri lege Pontifici, Sacerdotibus, & Levitis pro ministerio; quod impendebant in templo, pro sacrificiis, quibus vacabant, & divina religionis officis, quæ procurabant, decimæ, primitiæ, & alia tributa ad eorum sustentationem à cæteris pendebantur, Numerorum cap. 18. vers. 21. ibi: *Filiis autem Levi dædovimus decimam Israël in possessionem pro ministerio; quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis.* Et lib. 2. Esdræ, cap. 10. vers. 37. variæ oblationes etiam fuerunt assignatæ: quare sacerdotes veteris legis divites fuisse, præ aliis omnibus probat Becanus in analog. c. 7. q. 6. in fine. In Gentiliis religio varia, & plura fuisse stipendia assignata sacerdotibus, & flaminibus; probat latè Antonius Monchianellus de sacrificio Missæ, cap. 20. Salmasius in Sparianis pag. 1. linea 24. Et in Vopsium fol. 378. Sed si ex præcepto Apostoli in præfenti relato clericus non potest ordinari sine titulo, quomodo Innocentius hic, & Alexander III. in cap. 4. hoc in. statuerunt, quod si clerici ex paterna hereditate, seu proprio patrimonio sustentari possent, etiam absque titulo, ex quo alantur, possint ordinari? cum Summus Pontifex non possit mutare, aut corrigere quæ à Christo Domino, & ejus Apostolis statuta fuerunt, cap. in novo, 21. dist. cap. sunt quidam 25. q. 1. Pro cuius difficultatis solutione sciendum est; Apostolum aliquat-

do referre ea; quæ sunt legis naturalis, ut non occides, non moechaberis, &c. ad Romanos cap. 13, aliquando verò ea, quæ sunt legis supernaturalis, vel divinæ, ut non circumcideris, ad Galathas cap. 5, aliquando ea, quæ sunt tantum legis positivæ, ut quod Episcopus non sit bigamus, præceptum de jejuniis, & similia, 1. ad Timotheum cap. 3. Cùm ergo Apostolus refert aliquid juris naturalis, vel divini, id immutabile est; quia jura illa imputabilia sunt, cap. final ubi probavi, de consuetudine: docent plures congeisti à Cenedo collecti, 196. ad Decret. & pluribus relatis Thomas Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 6. n. 4. Basilius eod. tract. lib. 8. ferè per totum. Quando verò Apostolus refert aliquid juris tantum positivum, an Pontifex in eo dispensare possit, dubium est? Cujus solutio pendet ex illa quæstione, utrum D. Petrus primum habuerit supra alios Apostolos, ut tanquam major ipse, & ejus successores, possint immutare, & corrigere, quæ ab aliis Apostolis statuta erant, cùm tantum superior possit corrigere legem inferioris? In qua quæstione dicendum est, simpliciter in Apostolatu Apostolos æquales fuisse, pariterque à Domino vocatos, juxta illud Joannis c. 20. vers. 21. Sicut in prima Patet, & ego mitto vos. Lucæ cap. 6. ibi: Nonne ego vos duodecim elegi? & c. in novo 21. d. 1. ibi: Pari consorcio honorem, & potestatem acceperunt. Hæc tamen non impediunt primum, & supremam jurisdictionem D. Petri, quam ipse specialiter, & immediate à Christo Domino accepit. Joannis c. 21. ibi: Pasce oves meas; & c. 16. Matthei: Tibi dabo claves, & quodcumque ligaveris, &c. c. ita Dominus 7. 19. dist. c. puto 35. c. beatus 37. 2. q. 7. Probant, & late explicant D. Thomas, Bonavent. & alii SS. PP. congeisti à Bellarmino lib. 1. de Rom. Pontifice, c. 10. & lib. 4. c. 22. & 23. Cajetanus in opusculis tom. 1. tract. 1. c. 3. & 4. Jacobatus de Concilio lib. 5. art. 8. Quibus animadversis dicendum est, quod cùm majorem jurisdictionem, summamque Ecclesiæ primum supra reliquos Apostolos D. Petrus habuisset, consequens est Romanum Pontificem ejus successorem posse utilitate suadente immutare statuta positivæ Apostolorum ut probant ex D. Thoma Turrisemata de potest. Papa, q. 63. Sylvester verbo Excommunic. s. n. 10. Unde passim in jure legitur immutatas pœnas, & correctas nonnullas ceremonias à Sanctis Apostolis in suis canonibus statutas: item dispensatum cum bigamo ut ordinetur, in c. licet, 34. dist. notavi in c. 2. de bigamis. Sed licet hæc vera sint, adhuc urget difficultas supra adducta; nam sententia relata ab Apostolo in præsentia lege naturali, & divina provenit, videlicet ut qui altari servit, de altari vivat, juxta illud Lucæ c. 10. Dignus est operarius mercede sua. Unde videbatur Pontificem in hoc casu dispensare non posse. Cui difficultati ut satisfaciamus, observandum D. Paulum 1. ad Corinthios 8. in præsentia relatum, nullatenus asseruisse aliqua lege divina statutum fuisse ut nullus clericus ordinaretur sine titulo; sed tantum dixisse altari inservientem de altari vivere debere, dum 1. ad Corinthios c. 9. ait: Quis militat sui stipendium unquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edat? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et paulò post: Si nos volis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Item 1. ad Timotheum c. 5. Dominus ordinavit ut, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ex qua sententia Ecclesiæ Patres deduxerunt, neminem sine ti-

tulo esse ad sacros ordines promovendum, dist. cap. 1. & 2. 70. distincti. Sed cùm hæc constitutio positiva esset, rectè potuerunt Alexander in dicto cap. 3. & Innocentius in præsentia, statuere ut pro titulo haberetur patrimonium ipsius ordinandi.

(c) Cujus obsequio. Clerici enim per sacrum ordinem destinati sunt à populo, ut pro eo orent, quemadmodum, & Tribus Levi in antiqua lege pro universo populo divinis officiis vacatura à Deo ipso electa fuerat, unde diffiniuntur clerici, Qui divino cultui ministeria religionis impendant, in l. 2. C. Theod. de Episc. & clericis, ac si diceretur, ab iis, qui ordinantur pro divino cultu, religionis officia præceteris exhibenda esse, atque ideo ex destinatione Ecclesiæ, ex munere, & officio publico, totiusque Ecclesiæ nomine pro populo precantur, dum pensum servitutis sue solvunt, ut ait textus in c. 1. de celebr. Missar. Eligius homil. 9. in Cena Domini, ibi: Canonici horis quotidie juxta ritum ecclesiasticæ traditionis, psalmodias, precibusque consuetis Dominum rogare, & laudare non desistant.

(d) Clerici appellantur. Cap. clericus, 21. dist. cap. clericus s. 17. q. 1. illustrant latè Petrus Gregorius lib. 2. partit. tit. 9. cap. 1. Alciatus lib. 4. parerg. cap. 2. Vvadingus ad opera D. Francisci, episcopi. 13. Cujacius & Fabrotius in rubric. de vita & honest. cleric. fusè Hallerius de sacris elect. in princip.

(e) Prædecessores. In cap. 1. & 2. 70. dist. cap. 2. & 4. hoc tit.

(f) Successores ipsorum. Sed si ordinatores in pœnam improbæ ordinationis tenentur alimenta ita ordinatis præstare, quomodo eorum successores ex facto, & delicto ipsorum teneri possunt cùm ex delicto auctoris successor non teneatur, l. unic. C. ne ex delicto defuncti. l. si quis 3. C. si pendet. appel. plura Pichard. in §. 1. Insist. de perpet. & tempor. ne unius delictum innocenti præjudicet, contra regulam Non debet, 21. de reg. jur. lib. 6. l. non debet, ff. eod. tit. & ne ex delicto alterius innocens teneatur, contra legem sancimus, C. de pœnis. Cui difficultati, ommissis variis solutionibus adductis à Glossa & Reperentibus hæc, dicendum est, onus alendi clericos ordinatos sine titulo non esse personale, nec in pœnam delicti impositum; sed tale onus reale esse patrimonii illius Ecclesiæ, in qua ordinatus inseruit, & ministrat, ut ex auctoritatibus in præsentia relatis constat; quare simile onus transit cum ipso patrimonio in quemlibet illius possessorem, seu administratorem. Par ergo obligatio hæc est, tam in ordinante, quam in ejus successoribus, patrimonium, seu bona ipsius Ecclesiæ possidentibus, cap. accepimus, de atate & qualitat. Unde non tam ex delicto ordinantis, quam ex onere reali ejus successor in dignitate cogitur in hoc casu alimenta præstare.

(g) G. J. Guillelmo videlicet, qui fuit unicus hujus nominis, ut refert Egidius Gonzalez in theaur. ipsius Eccles.

(h) Competens. Id est, sufficiens ad congruam, honestamque sustentationem, d. c. Episcopus 4. hoc tit. ibi: Convenientia stipendii. Trident. sess. 21. de reform. c. 2. ibi: Quod sibi ad victum honestè sufficiat. Quale autem beneficium sufficiens dicatur, in jure expressum non est, nec facile statui potest, cùm hoc ex pluribus facti circumstantiis pro-

veiat,

veniat, juxta textum in l. i. ff. de iure delib. Facit textus in l. questum 13. ff. de testibus. Unde Episcopi arbitrio relinquunt, utrum beneficium sit sufficiens. Non docent Salcedo in praxi, c. 18 n. 4. Parisius ad 2. de resig. benef. q. 6. n. 13. Episcopus enim habitâ ratione qualitatis personæ ordinandi, & regionis, debet exiguum, vel congruum beneficium admittere, vel rejicere, ita ut beneficium sufficiens sit ad victum, ut ordinatus mendicare non cogatur. Item cognoscere debet, an beneficium pacifice possideatur, nec ulla con-

troversia juris, vel facti, sive in iudicio, sive extra contra possessorem sit mota, juxta Trident. d. sess. 21. c. 2. docent late Barbosa ibi, Salcedo supra, n. 6. qui etiam probant huiusmodi beneficium debere esse perpetuum, ne si postea deficiat, clericus ita ordinatus mendicare cogatur: unde late disputant, an ad titulum pensionis, capellanæ, & coadjutoria possit quis ad sacros ordines promoveri? In quibus, & similibus quaestionibus videndi sunt ipsi, & alii congesti in cap. 4. hoc tit. ubi commentarium huius textus adduximus.

CAPVT XVII.

Idem Archiepiscopo (a) Senonensi.

Inter cætera, quibus ad universalem Ecclesiæ gubernationem instruimur, ille, cujus gratia, non meritum nostrum ad eisdem regimen nos provexit, mirum, & mirabile nobis suæ benignitatis reliquit exemplum: in eo videlicet, quod sicut de beato Petro, cujus sumus (licet immeriti) successores, à Domino factum esse videmus, infirma mundi elegit, ut fortia quæque confunderet, misericorditer prævidens, quod qui sæcularium pondus ante suam vocationem sustinuerat passionum, fragilitatem humanæ conditionis expertus, fratribus suis melius compati sciret, & commodius misereri, dum sibi conscius, de se haberet evidens in similibus argumentum. Hæc verò ante nostros oculos proponentes, postquam dilectus filius noster magister P. de Cassancto seriem negotii sui nobis exposuit, paternâ super eum moti fuimus pietate: cujus factum cum ex certitudine rei, quam nos, dum olim minori fungeremur officio, tractaveramus, in parte plenioris fidei testimonium adjuvaret, ad succurrendum ei, & labores ipsius inutiles relevandos, animi studium soliores assumpsimus: ne miseranda ipsius afflictio, quæ jam ei perplexitatem dubiam minabatur, Sedem Apostolicam expertem esse solitæ misericordiæ, ac remediis debiti causaretur. Tibi siquidem satis credimus esse notum, qualiter facta resignatione à dilecto filio Vv. de Bochar, in quodam Canonico Laudunensi, de præbenda ejusdem Ecclesiæ, quæ per commutationem præbendarum dilecto filio H. tunc Sicliniensi Canonico, à bonæ memoriæ N. Decano Rhemeni, (b) auctoritate Apostolica assignari debebat, prædictus Magister per venerabilem fratrem nostrum N. Laudun. Episcopum de præbenda fuit investitus eadem, & tam in Choro, quam in capitulo per dilectos filios N. Decanum, & Canonicos Laudun. adhibitis solennitatibus debitis, juxta Laudunensis Ecclesiæ consuetudinem institutus. Super quo cum inter ipsum, & dictum N. controversia suborta fuisset, & appellatio ad Sedem Apostolicam interjecta, licet idem Magister cum magnis laboribus, & expensis ad eandem Sedem accedens, post diuinam expectationem, quæ sub interperie periculosi temporis imminente ipsum tædio multo, & diversarum persecutionibus incommoditarum affectum ferè usque ad extrema deduxit, suum negotium contra memoratum N. pro suo desiderio complevisset; eo tamen postmodum causâ infirmitatis absente, ad instantiam sæpessati H. tunc ad Apostolicam Sedem præsentis, per bonæ memoriæ C. prædecessorem nostrum, de fratrum consilio omnia retractata fuere. Sicque ipse Magister sua spe (c) frustratus omnino, post destinationem suam Sedem Apostolicam fuit iterum adire coactus, nullum sibi videns remedium superesse, nisi ejus desolationi multiplici Sedes Apostolica duceret misericorditer providendum. Propter hæc igitur, & alia multa, quæ causam ejus favorabilem reddiderunt, nos circa ipsum paternum gerentes affectum, prædictis N. Decano, & Canonicis Laudun. mandando districtè præcipimus, ut eundem Magistrum, qui per dictum Episcopum in eorum Ecclesia institutus fuisse dignoscitur, & per ipsos in fratrem admittitur, salvo eo, quod de præfato N. Sedes Apostolica sententialiter diffinivit, non obstante contradictione, vel appellatione cujuslibet, Canonicum habeant, tam in Choro, quam in Capitulo, & in aliis, quæ ad Canonicum pertinent, fraterna eum charitate tractantes. Præterea ipsis firmitus inhihemus, ne aliquem in Canonicum recipere aliquo modo præsumant, donec antedictus Magister præbendæ beneficium in præfata Ecclesia plenariè sit adeptus. Unde fraternitati tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus memorati

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

N 3

N. D.

N. Decanus, & Canonici mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu eos ad receptionem ejus (prout dictum est) faciendam, sublato appellationis obstaculo, per distractionem ecclesiasticam, monitione tamen præmissâ, compellere non oportet, quoslibet qui mandato Apostolico se duxerint opponendos, eadem sententia compescens. Noveris autem, quod quia nolumus ut idem Episcopus occasione alicujus promissionis, seu cujuslibet auctoritate rescripti à Sede Apostolica impetrati, ad eludendum mandatum nostrum se valeat excusare, ipsi districtè præcipimus, ut donec idem Magister in eadem Ecclesia fuerit præbendæ beneficium ascensus, nulli alii præbendam modo quolibet assignare præsumat. Quod si fortè præsumperit, id irritum decernimus penitus, & inane. Dolet enim, ut quia præbendam ei, quam de jure non potuit, assignavit, eam, quam de jure potest, assignet, ne præbendam illi fraudulenter visus sit assignasse. Datum Romæ apud S. Petrum X. Kal. Maji, Pontificatus nostri anno I.

NOTÆ.

I. (a) *Senonensi.*] Ita etiam legitur in tertia collectione, *sub hoc ut. cap. 3.* & in epistolis editis à Sirleto, *fol. 49.* ex quo codice restituo integram hujus textus: casus autem ita contigit, Guillelmus, & Hugo, unus Ecclesiæ Laudunensis, alter Sicliniensis, coram Cælestino III. animo permutandi præbendas, eas resignarunt in manibus ipsius. Cælestinus eorum petitioni annuens, iussit Decano Rhemensi, ut præbendam Guillelmi Hugoni conferret, & vicissim Hugonis Guillelmo; sed antequam Decanus id adimpleret, Episcopus Laudunensis præbendam Guillelmi contulit Petro talis resignationis ignaro,

qui cum cæteris Canonice confedit in Choro, & Capitulo: sed cum Cælestinus hanc collationem irritasset, conquestus Petrus coram eo de illusione Episcopi, quia ignarus resignationis conceptus fuerat, iussit Alexander III. Episcopo Laudunensi, ut præbendam proximè vacaturam, quam de jure possit, Petro conferret.

(b) *Auctoritate Apostolica.*] Unde talis commutatio admitti poterat, cum præcessisset Pontificis auctoritas; licet aliter textum hunc accipiat Covar. *lib. 1. var. cap. 5. num. 5.*

(c) *Sua se frustra.*] Quam rationem ad feudam, & Indorum Commendas prorogans, illustrat Solorzanus *tom. 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 9. num. 32.*

CAPVT XVIII.

Idem Episcopo & Cantori (a) Tornacensi.

Cum jam dudum. (b) *Et infra:* Verùm quoniam ab R. Siclunensi Canonico, I. de etiam præbendarum, ambitionis, & avaritiæ vitium, cui nondum finem imponens, contra diffinitionis nostræ tenorem, & (d) Lateranensis Concilii statuta, ad obtinendam Præposituram Siclunen. se ingerit, & ingressit; & quod die (e) intrusionis suæ ante (f) confirmationem præsumperit ministrare, sicut & post confirmationem cassatam. Mandamus, quatenus si inveneritis prædictum I. habere plures alias dignitates, atque præbendas, aut aliquid aliud præmissorum, quod ad cassationem ejus sufficiat, inveneritis esse verum: ei super jam dicta Præpositura silentium imponatis, ab impetitione Siclunen. Ecclesiæ absolventes, cum multa per patientiam (g) tolerentur, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitiâ non debeant tolerari.

NOTÆ.

I. *Tornacensi.*] Ita etiam legitur in tertia collectione, *sub hoc tit. c. 4.* De Tornacensi Ecclesia nonnulla notavi in *cap. eam 10. 7. de rescript.*
(b) *Et infra.*] Epistola hæc non reperitur inter editas à Guillelmo Sirleto, & Bosqueto, quia spectat ad librum 3. epistolarum Innocent. III. quam adhuc præ manibus non habuimus. Casus autem præsentis litis ita contigit, Mathildis filia Alfonsi I. Regis Portugalie præmortuo marito Philippo I. Flandriæ Comite in Syria, retinuit Sicliniense territorium jure dotalitii, cum jurepatronatus, quod Comes Flandriæ habebat in Ecclesia Sicliniensis: unde defuncto Præposito illius Ecclesiæ, elegit in ejus locum quendam clericum procuratorem suum: quem non solum

Sicliniensis Canonici non admiserunt, verùm & elegerunt Joannem, quem in possessionem Præposituræ induxerunt, Mathildis appellavit ad Innocentium, à quo cum causa fuisset commissa certis iudicibus, coram eis varia objecta fuerunt prædicto Joanni, videlicet plures præbendas habere malo more, & corruptis quinque electoribus admissum fuisse: quibus cognitis Innocentius eum deiciendum esse à Præpositura decrevit, quod ut latius percipiamus, audiamus ipsum Innocentium relatum à Sirleto *fol. 53.* qui Atrebatensi, Tornacensi, & Morinensi Episcopis in hæc verba rescribit: [Cum illius vicem (licet immeriti) geramus in terris, cujus virga regni esse dignoscitur æquitate, delatas ad Apostolatus nostri notitiam quaestiones sic nos convenit examinatis diligentiùs

gentis causarum meritis iusto iudicio diffinire, quod in nostri non appareamus executione officii negligentes, & cuique, prout tenemur, suam videamur iustitiam conservare. Sanè licet tempore felic. record. C. Pap. prædecessoris nostri quæstio inter dilectam in Christo filiam N. nobilem mulierem, uxorem quondam Philippi Comitum Flandr. & Capitulum Siciliensis Ecclesiæ, super electione Præpositi fuerit diutius quæstio agitata, & super causâ ipsâ rescripta sæpe Apost. emanassent, novissimè tamen utriusque partis nuncii ad Sedem Apostolicam accedentes, post eisdem prædecessoris nostri obitum suas proposuere in nostro auditorio quæstiones. Et primò quidem dilectus filius Magister Agidius, præfata Comitissæ procurator & nuncius, pro ea taliter allegavit: Quod cum obeunte G. quond. Siclin. Præposito, Siciliensis Præpositura vacaret, ipsa, ad quam terra illa iure dotalitii ex dono prædicti Com. fuerat devoluta, sicut idem Comes à longis retroactis temporibus, cum Siciliensis Præpositura vacavit, in eadem Ecclesia Præpositum dignoscitur elegerit, uti suo iure cupiens, virtum idoneum, literatum, & honestum, qui non habebat alium personatum, magistrum E. in Præpositum Siciliensem. elegit, & ad Siciliensem Ecclesiam destinavit, rogans, & postulans à Canonicis Ecclesiæ memoratæ, ut ei jus suum conservantes illatum, illum, quem ad eos destinaverat, recipere in Præpositum non differrent: quem cum in Ecclesia Canonicis residentes admittere penitus recusassent, ipsa Comitissa jus suum, & electionem, quam fecerat, sub Apostolica protectione constituit, & ad Romanam Ecclesiam appellavit. Postea verò cum de communi assensu Capituli Ecclesiæ memoratæ fuerit interposita appellatio prohibita, ne quis ab eis nominaretur in Præpositum, nisi communi deliberato consilio, sicut in literis quondam Canonicorum ejusdem Ecclesiæ manifestè conspicitur contineri; quinque tantum Canonicorum dilectum filium Joannem de Bitunia, qui septem alias habere dicitur Prælaturas, aliorum assensu minimè requisito, qui erant abentes; & iis qui residentes in eadem Ecclesia erant apud Siciliam, non vocatis, nullumque assensum ipsi electioni præbentibus, in Præpositum elegerit, & installare, contra cujus installationem ex parte Comitissæ iteratò fuit ad Sedem Apostolicam appellatum. Verùm cum causa eadem tibi, frater N. Atebat. Episcopo, & tuis conjugibus fuisset ab Apostolica Sede commissa, & ab examine vestro neutra partium appellasset, prædictus Joannes de Bitunia ignorante parte alia nuntium suum lateenter ad Sedem Apostolicam destinavit, & se simplicem clericum, Joannem scilicet de Bitunia, dolosè faciens appellari, & falsò significans violentiam per Comitissam Siciliensem. Canonicis irrogatam, & de interpositis appellationibus ab eadem Comitissa mentione non habitâ, se assensens electum canonicè in Præpositum, à præfato prædecessore nostro ad venerabilem fratrem nostrum N. Episcopum, & dilectos filios N. Decanum, & N. Præpositum Suesionem, litteras impetravit; quibus datum est in mandatis, ut eandem Comitissam denunciarent excommunicationis vinculo detineri, & tandiu ab omnibus evitandam, donec Ecclesiæ Siciliensem

& passis injuriam, de ablati omnibus, & irrogatis injuriis satisfaceret competenter, & de speciali esset mandato Sedis Apost. absoluta. Quæ etiam sollicitè provideret, ut si electionem Præpositi ad dictos Canonicos ex legitimis eorum assertionibus cognoscerent pertinere, sæpeminatè Nobili, & cuilibet laicæ personæ perpetuum silentium imponerent, & facerent Præpositum ipsum collatæ sibi canonicè dignitatis, appellatione remotâ, pacificâ possessione gaudere. Judices autem ipsi nullâ causæ cognitione præhabita, vel etiam citatione præmissâ, tenorem mandati Apostolici præfata Comitissæ cum suis literis direxerunt, eidem districtè mandantes, quatenus Præposito Ecclesiæ, & Canonicis Siciliensem. de illius injuriis cum plenaria damnorum restitutione satisfacerent competenter: sciuta, quod donec quod mandaverat, adimpleret, & de speciali esset mandato Apostolico absoluta, ipsam, & officiales suos, & alios bonorum Siclin. Ecclesiæ invasores pro excommunicatis haberent: & vobis, fratres N. Tornacen. & N. Morinen. Episcopi, ut hoc denunciatis omnibus, auctoritate dederunt Apostolica in mandatis. Post hæc verò cum præfata Comitissa ab eisdem citata iudicibus, procuratorem suum ad præfixum sibi locum, & terminum destinasset, licet se excommunicatione crederet non teneri, sufficientem tamen obrulit cautionem, quod Ecclesiæ pateret iudicio, vel mandato, ut abolitionis beneficium mereretur. Quod cum ab ipsis iudicibus non posset aliquatenus obtinere, & usque ad productiones tertium fuisset in causa ipsâ processum, & iudices testes ex parte Comitissæ productos admittere noluisent, mandato prædecessoris nostri minùs rationabiliter in hærentes; in quo continebatur expressum, ut si electionem Præpositi ad jam dictos Canonicos ex legitimis eorum assertionibus cognoscerent pertinere, prænominatè Nobili, & cuilibet laicæ personæ perpetuum silentium imponerent, & facerent Præpositum ipsum collatæ sibi canonicè dignitatis, appellatione remotâ, pacificâ possessione gaudere: procurator ejusdem Comitissæ ab eorum manifestis gravaminibus Sedem Apostolicam appellavit. Ipsi verò iudices nihilominus contra Comitissam sententiam protulere, à quorum sententia, sicut & prius, ad Romanam fuit Ecclesia appellatum. Tandem verò dilectis filiis N. Sancti Quintini, & N. Rojen. Decano, & N. Cantori Peronen. fuit causa eadem à Sede Apostolica delegata. Quorum iudicium, quia sicut & primi iudices prædictam Com. iudicare volentem absolvere, & testes suos admittere recusarunt, quia unus ipsorum iudicum Advocati adversæ partis patruus, vel avunculus dicebatur; & alter cum causa ipsa sub eorum examine tractaretur, à prædicto Joanne de Bitunia Ducen. præbendæ donationem recepit: procurator sæpèfata Comitissæ penitus recusavit, & ab eis tanquam à suspectis, ante & post sententiam Sedem Apostolicam appellavit. Et quoniam priores & posteriores iudices in causa ipsa tam inordinatè processerunt, postulabat eandem Comitissâ, ut quicquid factum esset per eosdem iudices, & in ejus forte præjudicium post appellationem legitimè interpositam attentatum, irritum fieret, & inane: præsertim cum commissio illa ad Suesionem

judices veritate nosceretur tacita impetrata. Econtra vero dilectus filius Magister Robertus, adversa partis procurator & nuncius, respondebat, quod cum defuncto G. Siclinien. Præposito, Fratres ejusdem Ecclesie de successoris electione tractarent, & primo die non potuissent in personam idoneam convenire; tandem prædictum Joannem de Bitunia in Siclinien. Præpositum unanimiter elegerunt, & installarunt, ne quid in præjudicium electionis eorum fieret. Sedem Apostolicam appellantes. Clericus etiam Comitissa, qui præsens aderat, nihilominus Romanam Ecclesiam appellavit. Ipse autem Joannes de Bitunia electus taliter in Præpositum, omnium hominum ad Præposituram pertinentium in pace recepit homagia, & eodem die fructus Præposituræ quietè habuit, & sine contradictione percepit. Præfata vero Comitissa Flandriæ, cum sapius suas literas ad Siclinien. Capitulum direxisset, ut Magistrum C. clericum suum eligeret in Præpositum, & non posset ab eis quod postulaverat obtinere, per se, & ministros suos ad res Canonicorum, & illius, quem elegerant, & ad personas eorum manus extendit, personas malè tractavit, & bona diripuit violenter. Cum autem ad venerabilem fratrem nostrum N. Rhemen. Archiepiscopum, sanctæ Sabinæ Card. tanti excessus questio devenisset, & eam, & fautores ejus excommunicationis sententiâ innodasset; quia tandem in manu ejusdem Archiepiscopi de illatis injuriis, & ablatis rebus promittit satisfacere competenter, ab excommunicatione extitit absoluta. Verùm quia postmodum non servaverat quod promittit, ab eodem Archiepiscopo fuit eadem sententiâ innodata, de excommunicatione ipsius circumpositis Episcopis litteris destinatis. Cùmque super his omnibus ad prædictum prædecessorem nostrum questio delata fuisset, ipse prædictis Sueffionen. iudicibus causam ipsam (ut prædictum est) terminandam committit, qui secundum quod in mandatis receperant præcedentes, utriusque partis receptis testibus, cognoscentes jus electionis ad Siclinien. Capitulum pertinere, dictam electionem auctoritate Apostolicâ confirmavere, & præfata Comitissam denunciavere excommunicationis sententiâ subjacere. Cùm verò præfata Comitissa nuncium ad Sedem Apostolicam direxisset, & de utriusque partis assensu prædictis N. sancti Quintini, & N. Roien. Decan. & G. Cantori Peronen. causâ eadem fuisset cognoscenda commissa, ipsi auditis diligenter quæ hinc inde fuere proposita, de prudentium virorum consilio prædictorum iudicum sententiam approbavere, eam auctoritate Apostolicâ confirmantes: pro quo idem Magister Robertus cum instantia supplicabat, ut quod erat per priores iudices sententiam, & approbatum nihilominus à secundis, nostrâ quoque confirmaretur auctoritate, & res Canonicorum, & dicti electi, quas prædicta Comitissa per se, & fautores suos occupaverat, faceremus cum integritate restitui, & de injuriis satisfieri competenter. Nos igitur, quibus ex susceptâ incumbit administrationis officio diligere justitiam, & odire iniquitatem, cum fratribus nostris utriusque partis allegationes, & rescripta diligentius intuentes, cognovimus evidenter commissionem ad Sueffionen. iudices per precum

mendacia impetratam, cum ipsius Joannis suppreffium fuerit nomen cujuslibet dignitatis, & interpositæ appellacionis à Comitissa, vel ab alio nulla in eis mentio haberetur, & mendax precator carere debeat impetratis. Præterea non est aliqua ratione credendum, quod idem prædecessor noster sine causa cognitione præfata Comitissam voluerit excommunicatione notari, vel ei super jure suo perpetuum imponi silentium, cum merita causarum partium assertionem pandantur. Idem ipsi iudices Sueffionen. videntur in rescriptis, quæ perpeximus; discordare, cum in litteris, quas posterioribus iudicibus direxere, se asserant utriusque partis receptis testibus ad sententiam processisse, & in rescripto prolata sententiâ, se non utrimque, sed ex parte Canonicorum recepisse testimonia fateantur. Ex præmissis itaque, & aliis rationibus, tam priorum, quam posteriorum iudicum inordinatas sententias cognoscentes, quicquid super causâ ipsâ occasione prædictarum commissionum ordinatum dignoscitur, vel statutum, de fratum nostrorum consilio decernimus non tenere: ad illum statum idem negotium reducentes, quem ante commissionem primam dignoscitur habuisse. Ut autem utrique parti sua debeat justitia respondere, causam ipsam duximus secundum formam canonicam committendam. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Hujus epistolæ major pars reperitur in cap. 1. de sententiâ & re iudicata, in 3. collect.

(b) Siclinus.] Legendum esse Sicliniensis, jam notavit Boetius Epon, tom. 1. q. 99. heretic. tit. de regalibus, num. 58. Siclinium enim est in diœcesi Turnacensi, in ipso Comitatu Flandriæ.

(c) Bitunia.] Legendum est Bitunia, ut habetur in relatis epistolis Innocentii, seu Betunia, ut voluerunt Boetius Epon, ubi proxime, Cujacius in præfatis.

(d) Lateran.] Sub Alexandro III, cap. 13. & 14.

(e) Intrusio.] Intrusio dicitur omnis injusta occupatio, & absque legitima causâ facta, cap. quia 5. de concess. præbend. Unde ille dicitur intrusus in beneficio, qui à non habente potestatem conferendi, seu absque canonica institutione illud obtinuit, cap. cum venissent, de in integrum restit. cap. ex frequentibus, de instu. cap. cum quis, hoc tit. in 6. cap. ad aures, de excess. Prælat. quod quidem variis modis accidere potest, quos sigillatim prosequitur Frances in tract. de intrusione, q. 2. cum sequent.

(f) Ante confirmationem.] Unde ut intrusus, amisit jus, si quod habet ad ipsam præbendam, cap. 17. de elect. cap. avaritia 5. cod. tit. in 6. late probant Lotharius de re benef. lib. 1. p. 1. q. 13. num. 1. Barbosa de potest. Episc. 3. p. allegat. 57. num. 214. & lib. 1. juris Eccles. cap. 19. num. 249.

(g) Tolentur.] Ex hoc textu rectè docet Boetius Epon, ubi supra, Principis tolerantiam non inducere dispensationem; quod etiam suadetur ex cap. 3. de cognat. spirit. & docent Gamna, Thomas Sanchez, & alii congesti à Barbosa in præfatis, num. ubi. qui exponunt textum in cap. quia circa, de consanguin. & affin. Sed licet non mera, & propria dispensatio inducatur ex tali patientia, tamen quasi dispensatio inducitur.

cap. 1. qui matrimonium accusare, in 3. collect. ubi docetur: latè explicant Basilius de matrim. lib. 8. cap. 15. à num. 6. Salgado de revent. bullar. 1. p. cap. 2. sect. 5. per tot.

CAPVT XIX.

Idem (a) Archiepiscopo & Archid. Senon.

Dilectus filius T. Lingon. Canonicus in nostra proposuit præsentia constitutus, quod eum de mandato bonæ memoriæ Greg. Pap. prædecessoris nostri, & quondam Lingon. Episcopus quandam præbendam assignasset eidem in Ecclesia Lingon. & eadem sibi per prædictum prædecessorem nostrum fuerit confirmata; quia Capitulum Lingon. ipsum ad eandem præbendam recipere contemnebat, dil. fil. Clarevall. & Longuivadi Abbates auctoritate præd. nostri, cum nollet aliquatenus à contradictione cessare, ipsum supposuerunt ecclesiastico interdicto. Postmodum autem ad præsentiam nostram accedens, ad dil. fil. Medulenen, & Guincian, Abbates obtinuit scripta nostra: sed cum per eos justitiam suam non posset obtinere, nos ven. Rhemen. Archiepiscopo S. R. E. Cardinali, tunc Episcopo (b) Prænestino, Apost. Sedis Legato, sicut asserit, dedimus in mandatis, ut prædictam interdicti sententiam, sicut fuerat rationabiliter promulgata, faceret appellatione postpositâ firmiter observari: unde, cum idem Archiepiscopus negotium prorogaret, & idem post labores multiplices ferè de promovendo ipso negotio desperasset, deficiens in expensis, ad instantiam Archiepiscopi memorati, & auctoritate ipsius talis inter eundem T. ex una parte, & ven. fr. nostr. R. Episcopum, & dil. fil. Canonicos Lingon. ex altera, compositio intercessit, quod ipso ab eodem Capitulo per manus prædicti Archiepiscopi recepto in Canonicum, & in fratrem, & concessio sibi (c) stallo in Choro, & participatione qualibet divinorum, idem fructus præbendæ alicujus ejusdem Ecclesiæ percipere non deberet, nisi loco proximo vacaturâ. Licet autem præfarum Archiepiscopum sincerâ diligamus in Domino eharitate, ipsiusque velimus honore deferre, quia tamen in his quæ contra canonicas sanctiones attentari noscuntur, ei deferre nec volumus, nec debemus, quod ab eo illicitè factum est in hac parte, duximus irritandum; quod licitè factum est, approbantes. Cum ergo dictum T. in Canonicum recipi, & fratrem canonicis non obvier institutis, & vacaturam expectare præbendam, Lateranensi Concilio non sit dubium (d) obviare: nos illicito reprobaro, quod est licitum approbantes, quia videtur indignum, ut is, qui receptus est in Canonicum, præbendæ beneficio defraudetur: dis. v. per A. f. m. quat. dictos Episcopum, & Canonicos Lingon. si verum est, quod asseritur, ut eidem præbendam, cum se facultas (e) obtulerit, non differant (f) assignare, vos eos non præmissâ per cens. Eccl. sub. cujusc. contrad. & ap. ob. compellentes, faciatis eidem portiones (g) quotidianas, quæ fuerint in Ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignare, contradictores per cens. eandem appel. postpositâ compefcendo.

NOTÆ.

(a) *Enonens.*] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 5. ex qua integram ita restituo: casus autem ita contigit. Cum Episcopus Lingonensis ex præcepto Pontificis canoniam in sua Ecclesia Tancredo assignasset, Capitulum renuit illum admittere; quare Innocentius Ecclesiam ipsam interdicto supposuit, unde Canonici transactionem fecerunt cum ipso Tancredo, ut ipsum in Canonicum, & in fratrem statim reciperent, assignatis illi stallo in Choro, & loco in Capitulo; sed fructus præbendæ non perciperet usquedum alia vacaret. Consultus Innocentius, hanc posteriorem partem transactionis improbavit, & decrevit, ut Tancredus statim virtute talis receptionis perciperet distributiones quotidianas,

& cum primùm facultas se obtulisset, illi integræ præbendæ assignaretur. Cujus decisionis mentio etiam fit in cap. dilecto, infra hoc tit. & eam exposui in cap. relatum, hoc tit.

(b) *Prænestino, Apost. S. L.*] Wido de Pare, qui Gallus monachus, ac xv. Abbas Cisterc. totiusque Cisterciensis Ordinis caput, ab Innocentio III. Episcopus Cardinalis Prænestinus est creatus anno 1198. vir lanè singularis sanctitatis, pietatisque insignis; in multis autem, splendidisque legationibus, quibus perfunctus est, ea celebrior fuit, cum sub eodem Innocentio anno 1199, in Gallis, Germanique Othonis Imperatoris electionem nomine Pontificis ratam habuit contra Philippum Suevum; quem à communione fidelium Ecclesiasticâ censurâ removit, quod Reipublicæ Christianæ tranquillitatem itrequieto ambitionis aestu inturbaret.

In

In qua legatione non modò civili rerum statui consiluit vido, sed etiam Ecclesiasticos ritus promovit, atque adauxit. Siquidem teste Casario Hiltterbacensi, ejus sæculi scriptore; *lib. 5. cap. 56. & lib. 6. cap. 2. miraculorum*, decrevit, ut non nisi pulsata campanulâ litans sacerdos incrementam tolleret hostiam, nève deferretur infirmis; nisi eadem campanulâ perstreperente, sive ad excitandam fidelium pietatem, sive ut eâ ratione multiplicatis intercessoribus facilis exorata salus agrotantibus obveniret. Quem postea universalis Ecclesia motem complexa est. Laodic. Concilium convocavit; lapsisque clericis leges severiores dixit, ita ut religionis studio flagrans, alter Paulus videretur; quis ex parte memorant Placentinus, Agidiusque de Aurea Valle in *b. ff. Leodiensium Episcoporum*. Ab Innocentio III. anno 1204. Archiepiscopus Rhemensis in demortui Wilhelmi Alhimani locum adlectus; eidemque Guidoni Rhemensi Archiepiscopo, & S. R. E. Cardinali, ejusque successoribus Regum Franciæ inungendorum privilegia confirmat Innocentius anno 1205. idibus Maji, Pontificatus 3. Reg. Vartic. *epist. 75. fol. 24.* referunt Chenu in *feris. Præfulum Ecclesiæ Rhemensis*, Ughellius *tom. 1. Ital. sacr. fol. 203.*

(c) *Stallo.*] Quid sit stallum, exposui in *cap. 7. de rescript.*

(d) *Obviare.*] Licet enim possit Legatus referre certi beneficii collationem etiam in favorem certæ personæ, *cap. cum in illo, cap. si Apostolica 22. hoc tit. in 6.* & hæc reservatio videatur importare collationem beneficii vacaturi, hoc procedit, quando reservatio sit simul cum expectativa; quod prohibitum est, quia continet in se votum captanda mortis alienæ, & ita non valet talis reservatio, ex hoc textu; si autem hujusmodi reservatio sit absque ulla

expectativa, quia tunc nullum jus quæsitum est ei, in ejus favorem reservatur, ideo valet talis reservatio, ut docet Casar de *Eccles. hierarch. distut. 3. de legatis, num. 11.*

(e) *Cum facultas se obtulerit.*] Magnum enim discrimen verlatur inter istam clausulam, & inter illam, *cum primum vaci erit*; nam virtute primæ clausulæ non protin ac vacaverit præbenda conferenda est, sed cum opportunum sit, *cap. 8. de concess. præbend.* Faciunt textus in *l. n. pos. 125. de verb. sign. l. 8. S. ult. ff. de testam. tut. l. rogo, ff. quando dies legati, l. ult. ff. qui sine manu. miss.* ubi similes clausulæ reperiuntur.

(f) *Assignare.*] Juxta adducta in *cap. relatum, hoc tit.*

(g) *Quotidianas.*] Facit textus in *cap. cum, M. de consuet. & ex his duabus decisionibus aperte probatur, canoniam per se abique præbenda beneficium Ecclesiasticum esse, quod & notavi supra in cap. 1. nam Canonicus tantum, qui non habet præbendam; habet jus percipiendi distribuiti nes quotidianas, quæ licet fructus beneficii non sint, *ext. ad arg. postulasti, hoc tit. inter communes*; tunc tamen emolumenta, quæ propter officium impentum in Ecclesiâ præstantur, *Munera de distribut. q. 6. per totum. Barbosa de Canonis, cap. 21. Solorzanus de juribus honorarius, num. 431.* Nec contrarium probat textus in *cap. in nostra, de rescript.* ubi cum agatur de Canonicis, & illis, qui in Canonicos fuerant recepti, dicitur nondum eos Ecclesiasticum beneficium fuisse ascensos: ergo quia canoniam per se non est beneficium Ecclesiasticum, Cujus textus difficultate motus Fabricius in *praxi, de benef. de titul. & in titul. num. 9. 21. & 39.* affirmavit canoniam per se non esse beneficium: sed difficultati illi facile satisfacies ex adductis in *eadem cap. in nostra.**

CAPVT XX.

Idem (a) *Episcopo Brixienti.*

TUæ fraternitatis devotio. *Et infra*: Præterea consulisti, cum sæpe contingat, quod ad unam præbendam duo clerici, propter nimiam importunitatem petentium eliguntur, utrum confirmanda sit talis electio, vel potius irritanda. Nos igitur attendentes, quod si duo clerici unam præbendam tenerent, illud esset contra Concilium Turon. (b) quod præbendam inhihet sectionem; & si unus illorum ipsam obtineret præbendam, sub expectatione alius, contra (c) Lateran. statuta Concilii remaneret. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore juris penitus est cassanda.

NOTÆ.

(a) *Brixienti.*] Ita etiam legitur in tertia collectione, *sub hoc tit. cap. 6. & in cap. tua, de pract.* ubi alias partes hujus decretalis congesti, & inscriptionem exposui.

(b) *Turonense.*] Relatum in *cap. majoribus, hoc tit.*

(c) *Lateran.*] De quo agemus in *cap. 2. de concess. præbend.*

COMMENTARIUM.

Plerumque contingit ad unum idemque beneficium duos eligi, seu præsentari; & cum unus tantum sit instituendus, nec dividi possit inter duos beneficium; aut nullus electio confirmatur, ex traditis in *cap. majoribus 8. hoc tit.* aut electione unâ infirmatâ, altera confirmatur: quod procedit datâ aliquâ prioritate inter utramque electionem; *cap. dilecto 25. hoc. tit.* late probat Solorzanus *tom. 2. de jure iudic. lib. 2. cap. 9.* unde si Pontifex unam, eandemque præbendam duobus successivè conferat; licet in aliis actibus posteriora prioribus derogent, *l. palmas*

In p. de pactis, l. licet, §. Divus, ff. de iure Codicil. Valenzuela consil. 63. num. 184. tamen in eo casu rescripti data attenditur, ut probavi in cap. capitulum, cap. plerumque, de rescriptis. & qui primo rescriptum impetravit ad beneficium, præferitur illi, qui secundo ad idem beneficium litteras impetravit, cap. ex parte 12. de offic. deleg. nam cum virtute prioris rescripti jus acquiritur fuisse primo, non potest secundus admitti cum eius præiudicio, ut probat doctrinam hanc expendens ad Indorum commendas Solorzano dicto cap. 9. per totum: facit textus distretus in cap. sibi absenti, de præbendis. lib. 6. In aliis vero privilegiis pluribus concessis, cum alii per alium præiudicium non irrogatur, at-

tenditur tempus præsentationis litterarum, seu adeptæ possessionis, ut varios casus inde resolventes docent Kochier in tract. de primariis præbendis, pag. 24. Valenzuela consil. 128. num. 151. & consil. 104. num. 6. Cum ergo in præsentis casu ad unum, idemque beneficium duo electi simul fuissent, nullâ datâ prioritate temporis; & beneficium dividi non possit, juxta Concilium Turonense relatum in dict. cap. majoribus 8. ideo Pontifex in præsentis decrevit utramque electionem esse irritandam, ne ad unum, idemque beneficium duo admitterentur, repugnante Concilio Turonensis dispositione, de qua in dict. cap. majoribus, ex cujus commentario, quæ huc spectant mutuanda sunt.

CAPVT XXI.

(a) Idem,

Nisi essent viri providi, & honesti, tam ii, qui ordinationem fecerunt, quam illi, circa quos est facta ordinatio in Ecclesia vestra, super Prioratus negotio, ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergo post concertationem diuinam ordinatum est circa unum de duobus electis, ut ipse habeat prioratum, hoc ex jurisdictione delegata secundum iustitiam videtur effectusatum. Quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipse xx. lib. de redditibus Capituli, & xl. libras de proventibus Prioratus percipiat annuatim, hoc secundum providentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria (b) potestate, cum in delegatos fuerit (c) compromissum, qui auctoritatem sibi retinendo commissam, se pro bono pacis, & utilitatis hæc ordinasse fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus est recepta, possuntque licite Prior, & Capitulum de proventibus suis propter causas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iussione iudicum provisionem huiusmodi exhibere; nos eam hoc habito (d) moderamine toleramus, ut ad præstationem xl. librarum, non dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat onerata, ne fortè vel circa proventus aliqua videatur facta lectio Prioratus, ita quod ipso Priore defuncto, successor ipsius ad præstationem xl. librarum minimè teneatur.

NOTÆ.

(a) *Idem.* Ita etiam habetur in tertia collectio-
ne, sub hoc tit. cap. 7. ex neutra tamen com-
pilatione constat cui missa sit præfata decisio,
nec inter epistolas editas à Bolqueto & Sileto
reperitur.

(b) *Ex arbitraria potestate.* Unde cognoscitur,
iudicem delegatum, in quem partes compro-
mittere, posse procedere, & potestate delegatâ,
& virtute compromissi, ut docuit Salgado de pro-
vent. Regia, p. 2. cap. 13. num. 130.

(c) *Compromissum.* Jure nostro canonico
compromitti potest, tam in iudicem ordinari-
um, quam delegatum, quia aliàs de ipsa causa
cognoscere potest, ut probavi in cap. §. de arbi-
trariis.

(d) *Moderamine.* Quod ita oportuit declarari,
nam aliàs pensio pro vita pensionarii reservari
intelligitur. Glossa hinc verbo *Prioratus*, quæ est
conditio obligationis annuæ ex legato prove-
nientis, l. in singulos 8. ff. de annuis legat. unde
mors possessoris Ecclesiæ pensionario non de-
bet obesse, ex sententia capitis veniens 8. de
transact. capitis cum venissent 6. de institutione.
quod cum ex natura pensionum proveniat,

æquè statui debet in pensionibus reservari à
Pontifice, & ab Ordinario, ut docuerunt Cac-
cialupus de pensionibus q. 4. & 5. Giga quasi. 6.
num. 4. Gambara lib. 6. de offic. Legati, à num. 185.
à qua sententia discedunt Navarrus de simonia
consil. 43. conclus. 2. & de jure patron. consil. 8. Pa-
rius de confident. q. 28. num. 120. quos sequitur
Garcia de benefice. q. 1. cap. 5. num. 334. moventur
auctoritate præsentis textus, quatenus Inno-
centius in eo arbitrium ratum habet, ut
pensio pro vita debitoris tantum constituitur;
verum tamen ipsi mentem Innocentii non per-
calluerunt, nam nisi ob eam rationem fuisset
pensio ex vita debitoris æstimanda, id utique
procederet non solum in pensione xl. libra-
rum, sed etiam in pensione xx. cum utraque ex
prædicta arbitraria potestate descendat; quæ
moderatio cum ita facta non fuerit, sequitur
potestatem inferiorum non esse ita coarctandam,
ut pensio ab eis imposita vitam debitoris non
excedat. Fuit ergo hinc moderata pensio per Inno-
centium, ut levior esset Ecclesiæ obligatio, non
tamen quia iudices modum excessissent in con-
stitutione pensionis.

COM-

COMMENTARIUM.

3.
Conclusio
traditur et
probat.

EX præfenti decretali communiter sequens deducitur assertio: Cum *lis ambigua est, et difficilis, potest iudex uni ex litigatoribus beneficium assignare, alii vero certam pensionem in isto beneficio.* Quæ assertio probari potest ex *cap. cum venissent 9. de restitu. spol. cap. de cetero 5. in fine, cap. veniens 8. de transact. cap. cum clerici, de censibus, cap. audivimus, de collat. deteg. Illustrant ultra congestos in præfenti à Barbola & Garanna Cujacius hic, Aneas Robertus lib. 1. rer. judic. cap. 7. Egidius Bossius tom. 1. moral. tit. 7. §. 4. P. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 51. num. 17. Beronius in cap. 2. de arbit. num. 46. Ferro-Mantique de different. utriusque fori, fol. 143. Barbola lib. 3. de iure Eccles. cap. 15. num. 49. Petrus Gregorius de benef. cap. 29. Lotherius lib. 1. de re benef. q. 35. num. 22.*

4.
Impugna-
tur tradita
assertio.

Sed præfens assertio difficilis valde redditur sequenti consideratione; nam in præfenti specie, vel huiusmodi pensio constituitur à iudicibus virtute potestatis sibi delegatæ, vel tanquam ab arbitris ratione compromissæ in eos facti. Priori modo pensio reservatur iniuste, quia ut ait Seneca lib. 3. de benef. cap. 7. Iudicem formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit. Est autem in iudicibus hæc lex à sacris canonibus indicta, ut beneficia sine diminutione conferant, *cap. unico, juncta rubrica, Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur: cap. majoribus 8. ubi probavi, hoc it. & recte; nam fructus beneficii, ut accessorii, sequi debeat naturam sui principalis, ex regula Accessorium, de reg. jur. libro 6. & idem non possunt alii applicari, quam cui titulus beneficii conceditur, ut probat Robertus de lib. 1. rerum judic. cap. 7. quod autem est præscriptum circa universos fructus, hoc de eorum dici debet, argumento legis quæ de tota, ff. de rei vind. Ratione etiam compromissi dari non potest hæc facultas constituendi pensionem, cum super Ecclesiastico beneficio transigere non liceat, *cap. super eo 7. de transact.* quia nec pacisci licet in spiritualibus, *cap. quam pio 1. q. 2. cap. final. de pactis.* Videtur ergo, nec posse in arbitros super quaestione beneficii compromitti, nec arbitrium latum ab ipsis posse subsistere, cum portionem pensionis, quæ temporalis est, uni, beneficium verò alii adjudicaverint, contra textum in *cap. final. de rer. permu.**

5.
Pensionis
etymon, &
dignitas.

Quæ dubitandi ratione non obstante, vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, pensionem dici à verbo, *pendo*; quia videlicet pendet à beneficio formaliter, à quo extrahitur; sicut usufructus à proprietate, *cap. ult. de pignor. cap. quicumque 12. q. 1. Giga de pens. q. 1. num. 8.* Quæ ratione etiam merces rei conductæ pensio appellatur, *l. fructus 7. §. non solum, ff. solut. matrim.* Briffonius de verb. signif. verbo *Pensio.* Dicitur etiam annua, quia singulis annis pendit debet, & annum neutro genere, dici posse existimat Duarenus lib. 6. de sacr. cap. 4. exemplo veterum, quos ita crebro loquutos fuisse, constat ex *l. Seno 10. §. uxori, l. si cui 14. l. Titia 19. §. qui Marco, ff. de annuis legat. l. ex annuo 15. l. si stipulata 33. ff. de donat. inter. l. quidam 22. ff. de pact. dot.* Diffinitur autem pensio ita accepta à Duareno dicto lib. 6.

*cap. 14. ut sit delibatio quædam beneficii, quæ ex eo quod universum beneficium foret, pars quædam alicui confertur, argumento legis legatum 116. ff. de legatis 1. Garcia de benef. 1. p. cap. 5. num. 120. ita diffinit: Pensio est in fructu reale, aut illi annexum, instar beneficii, percipiendi certam pensionem fructuum, mense, vel beneficii, ad tempus, ob iustam causam. Consentiant Azor 2. p. instit. moral. lib. 8. cap. 5. q. 1. Lotherius lib. 1. de re benef. q. 35. num. 12. Dicitur pensio jus quia ex pensione resultat jus quoddam distinctum ab ipso beneficio, quod simile est quoad plures effectus juri fructuati, quoad alios verò juri beneficiarii: sed præcipue comparatur obligationi annuæ ex fundo, aut prædio perfolvenda, ut docet Oldradus consil. 178. num. 5. Quia verò conditio annuæ præstationis alia quidem resultat ex promissione facta in contractu, quæ una est, & perpetua, *l. si Stichus 16. §. ult. ff. de verb. oblig. & ad hæredes transfertur, ut ibidem Consultus ait, quia plerunque mens contrahentium hæc est, ut tam sibi, quam hæredibus prospiciant, l. si partum 9. ff. de prob. alia verò resultat ex legato, quæ in primo anno pura est, in sequentibus conditionalis, *l. si in singulos annos 4. ff. de annuis legat. sed in initio cuiuslibet anni integra debetur, l. 2. l. à verbis 5. ff. de annuis legat. morte tamen legatarii extinguitur; l. in singulos 8. ff. eodem tit. docent Madera animadvers. cap. 14. Moez in observat. cap. 9. in qua parte observandi sunt textus in l. final. §. 1. ff. de contrahend. emptio. l. 30. ff. de legat. 3. l. 3. §. si in plures, ff. si cui plus quam per legem, l. 41. §. 43. ff. ex quibus causis major. l. 1. §. si in annos, l. 3. §. final. l. computationis 15. ff. ad legem Falcidiam, l. 68. §. penult. ff. de legat. 1. l. 1. C. de fideicom. l. 7. §. 1. C. de præscrip. l. 3. ff. quemadmodum servit. l. 17. ff. de aliment. legat. l. 2. §. 1. ff. quibus modis usus fruct. l. 62. §. 1. ff. de evict. l. 12. §. 5. ff. quando dies legat. Ideo pensio Ecclesiasticæ similis est pensioni annuæ debitæ ex testamento, quatenus morte extinguitur pensionarii, & transferri in alium prohibetur: non enim ut annua obligatio ex contractu orta in hæredes transit, sic Ecclesiastica pensio transferri potest, propter prohibitam successionem in bonis Ecclesiasticis, *cap. ad hæc, de decimis;* in quo similis est fructuario pensionarius: etiam convenit cum beneficiario in eo, quod indiget titulo, & fructus percipit pro rata temporis, quo vivit, quamvis fructuarius fructus tantum perceptos ad hæredes transmittat, *l. desuncta 58. ff. de usufruct.* Unde exponendum venit quale sit onus hoc, seu jus pensionario competens, i. e. le videlicet, an personale; quod difficile est, si æstimemus pensiones ex iure annuarum obligatum, quæ onus tantum inferunt personale respectu ejus, qui obligatur, pro quo actio in personam competit, *l. final. §. final. ff. de contrah. emptio.* Communiter tamen ea sententia placuit, ut beneficium ipsum, seu fructus beneficii pensione onerentur, sicut solet prædium onera tributorum gravari, *l. Imperatores, ff. de publicanis, l. 1. C. sine censu, vel reliquis.* Quæ sententia probatur ex *cap. conquirente 6. de cleric. non resid. ubi dum agitur de obligatione annuæ pensionis, ait textus, pro Ecclesia exsolvendam, ut ostendat onus pensionis, ipsius beneficii, aut Ecclesiæ esse: idemque aperte colligitur ex****

cap.

cap. *audetimus* 3. ibi: In beneficiis; de collis. de-
reg. & ex decisione hujus textus, dum ex pen-
sione, de qua hic, Ecclesias obligari profiteretur.
Ratio autem superioris doctrina est, quia pen-
siones instituta sunt in gratiam pensionarii, ut
cedant pro alimentis, & vicem beneficii obti-
neant. Garcia d. cap. 5. num. 170. Si autem obli-
gatio sub nomine Rectoris Ecclesie conciperetur,
ipso mortuo ante pensionarium, pensio ex-
tingueretur, nec successor obligari posset ex
ficto ejus, à quo nec titulum, nec causam ha-
beret, ex resoluus à nobis usque ad mortem benefi-
ciarii, oportuit ipsi beneficio, & ejus fructibus
onus inungi: quibus consequens est, pensiones
sine causa reservari non debere, d. cap. *avaritia*,
huius tituli, d. cap. *audetimus*; cum causa posse,
ut ait textus noster ibi: *Possunt licet Prior, & Ca-
pitulum propter causas prædictas, &c.* quia cum
per reservationem stipendia Ecclesie obligen-
tur, id sine causa admitti non debet; cum causa
potest, ut est commune omnium obligationum,
quibus bona Ecclesiarum, aut beneficiorum
subiiciuntur, cap. 1. § 2. de rebus Ecclesie non alienan-
dis, in 6. cap. cum Apostolica 7. ibi: *Cum me-
morata proficiat: cap. ruanaper 8. de his que sunt à
Prælat.* Est etiam eisdem consequens, ut onus
pensionis reale intelligatur, Gonzalez d. *regul.* 8.
gl. 34. num. 47. Flaminus Paris. lib. 6. de resi-
gna. q. 2. num. 98. Gigas dicit. tract. de pens. q. 51.
post Glossam in hoc cap. nisi essent, verbo Priora-
tus. Quare inde provenit, ut contra quemlibet
possessorem beneficii ob pensionem agi possit,
dicit. cap. veniens 8. de transact. cap. cum venissent 6.
de iust. Barbola lib. 3. juris Ecclesie cap. 11. n. 93.
& in praxi exigendi pensiones q. 15. num. 63. live
exprimat in pensione, ut successor teneatur,
ut frequenter fit; live non exprimat. Gigas
d. q. 3. num. 2. & q. 44. § 47. quia cum sit onus
reale beneficio inherens, transit cum ipso benefi-
cio, adeo ut Capitulum pro rata temporis vaca-
tionis, dum fructus percipit, teneatur solvere
pensionem, ut late probat Barbola in d. praxi,
q. 15. per totam. Cum enim Capitulum succedat in
locum illius, qui pensionem solvebat, & fructus
beneficii ipsius percipiat, juxta juris utriusque re-
gulas, debet subire onus, tum onus ad successo-
rem non transeat, ut in præsentis specie contingit;
per talem enim restrictionem natura pensionis
non muratur, sed ejus solutioni modus imponi-
tur. Ex his inferitur; ob pensionem decessam
agi posse viâ executivâ contra quemcunque pos-
sessorem ipsius beneficii: Gigas ubi supra, q. 51.
nec eo casu pensionis præscribi viam executivam;
ex l. 6. tit. 15. lib. 4. recopil. docet Barbola in di-
cta praxi, q. ult. per totam; etiam actione hypo-
thecaria ipsam pensionarium agere posse, ex l.
final. §. ult. ff. de contrab. emptio. docet Caccia-
lupus de pensionib. q. 9. sed rectius contrarium do-
cuit Paulus Caltrensis consil. 338. num. 5. licet e-
nim fructus beneficii in tertium possessorem alie-
nati sint, non ideo evincî possunt.

Dicitur autem hoc jus pensionis spirituale;
unde quaritur Interpres, an pensio anteceden-
ter, vel consequenter sit jus Ecclesiasticum? Pro
cujus dubii solutione triplex pensionis genus
distingui solet. teste Lessio lib. 2. de iustitia, cap.
34. dub. 37. alia enim est pensio, quæ pro officio
merè temporali in remunerationem officii con-
ceditur, veluti salarium constitutum pro oeco-
D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. III. Pars I.

nomo, advocato, sacrista; vel simili mini-
sterio; de qua Vazquez tract. de benefico. cap. 2.
§. 4. num. 167. Theophilus tom. 12. tract. ma-
la e bonis Eccl. sect. 2. cap. 1. alia, quæ titulo
perpetuo, certâ portione detractâ, ex fru-
ctibus alicujus beneficii consignatur, ut in
cap. congerente, de cleric. non resid. tertia,
quæ in titulum conceditur clerico, quæ non
in perpetuum, sed ad tempus detrahitur ex
ipso beneficio, ut in præsentis textu, cap. 3. de col-
lus. deleg. & aliis similibus. De prima pensione
non ambigitur, quin temporalis, & profana
sit, ut docet Suarez tom. 1. de relig. tract. de simo-
nia, lib. 4. cap. 26. num. 3. Nec etiam de secunda
quæritur, quia etiam certum est, ex ea benefi-
cium Ecclesiasticum provenire, ut post Garciam,
& alios docet Valens de benef. tit. 1. Circa ter-
tiam pensionum speciem duo tempora conside-
randa sunt: primum mediâ Jurisprudentiæ ca-
nonicæ: secundum quod invaluit post motum
proprii Pii V. editum anno 1571. cujus me-
minerunt P. Suarez d. cap. 26. num. 3. Garcia de
benef. 1. p. cap. 5. num. 37. & 3. p. cap. 1. num. 5. di-
cendumque est, jure Decretalium, sicut pensio-
nibus istis titulus beneficii gravari non scinde-
batur, ita nec novum titulum beneficii ex eis
creari, nec jus aliquod spirituale, sed onus merè
temporale; ad quod tempus referendi sunt Do-
ctores, qui communiter tenent, pensionem nec
esse beneficium, nec titulum beneficii præstare,
ut tenent Ojeda de incompatib. in præfat. num. 3.
Selva de benef. 1. p. q. 3. Valens ubi proximè: nec
contrarium probatur ex cap. ad audientiam, de
rescriptis, in illis verbis: *Pensionis, aut alia similia
beneficia; quæ jam ibi expolui: ex jure tamen
novissimo similes pensiones naturam beneficii
habent, quia solis clericis conceduntur, obli-
gantque ad recitationem officii minoris, & per
constitutiones 30. & 31. Sixti V. coguntur pen-
sionarii tonsuram & habitum clericalem deferre,
non tamen verè beneficia sunt, sed ad instar
beneficiorum habentur quoad plures juris effe-
ctus, quos latius prosequuntur Garcia, & Valens
ubi proximè.*

Dicitur etiam in prædicta diffinitione, certam
pensionem; quia sic debet pensio reservari, ut
certa sit; & ita æqua, ut maneat Rectori unde
vivere possit. Garcia dicit. 1. p. cap. 5. num. 366.
quapropter debet reservari in quantitate, non
in quota fructuum parte, tertia videlicet, quar-
ta, vel simili, ut in præsentis specie contingit,
ibi: *Utrique xx. libras de redditibus Capituli, &
xl. de proventus Prioratus percipiat annuatim.*
Ubi notandum est, libram, non pondus, sed
nummum, seu monetam significare, ut etiam
accipitur in l. offerendis 37. C. de appellat. l. illustres, C.
de modo multarum, l. ult. C. de appellat. l. ult. C. de
cupressis, lib. 11. cap. de cetero, de transact. cap. P.
§ 6. de officio deleg. & aliis; junctis quæ de li-
bra monetali, ex jure Romanorum congeste-
runt Covar. de veter. num. cap. 4. Mariana de
ponder. cap. 2. Budeus lib. 3. de assè. Unde juxta
titulum Curie non fit reservatio pensionis in
fructibus, nisi ex magna causa; & rectè, ut
tollatur occasio discordiarum, quæ ex commu-
nitione fructuum inter Rectorem, & pensiona-
rium oriri possent, argumento legis cum Pater
77. d. dulcissimis ff. de legat. 2. non ideo, quia con-
cessâ parte fructuum titulum beneficii divide-
retur, ut docebant Doctores relati à Garcia
d. cap.

dict. cap. 5. num. 362. quia ut aliud est beneficium, aliud fructus beneficii; ita ex divisione fructuum non resultat divisio tituli, ut recte agnovit Corraſius 1. p. de benefic. cap. 4. num. 10. Debet etiam eſſe penſio æqua, id eſt, ut ita imponatur, ne nimium oneret beneficium; & licet nullo juris testimonio quantitas penſionis imponenda taxata ſit, ſtylo veteri Curie receptum fuit, ne tertiam partem æſtimationis fructuum excedat. Gigas 9. 9. Caccialupus 9. 7. Riccius collect. 1179. p. 4. Hodie ex diſpoſitione Concilii Trident. ſeſſ. 24. de reform. cautum eſt, ut ſolutis omnibus oneribus mille ducati pro Epifcopo, centum pro Rectore beneficii remaneant; ubi plura congeſſit Barboſa, Garcia d. cap. 5. num. 4. 41. qui late diſputant, quomodo fructus beneficii ſint æſtimandi, & an ob eorum diminutionem minuatur penſio. Etiam adjectum in definitione, ad tempus; quod convenit cum iis, quæ ſupra dixi, videlicet beneficium eſſe perpetuum, penſiones autem temporarias; eſſet enim nimis oneroſum beneficium, ſi penſio perpetua eſſet, ut de uſufructu agebat Juſtinianus in §. finitur, Inſtit. de uſufruct. Hinc quaeri ſolet, quo tempore penſio ceſſet, & quibus pereat? Pro cuius dubii ſolutione ſciendum eſt, olim dupliciter penſionem reſervari ſolere. Primum pro vita beneficiarii debitoris, ut contingit in caſu hujus textus circa penſionem 40. librarum ſolvendam ex preventibus Prioratus; ſecundò, ut eas perciperet creditor annuatim, ut factum etiam fuit in præſenti ſpecie circa xx. libras. Primo caſu morte debitoris penſio finitur, ſecundo non niſi morte penſionarii ceſſat; tum propter regulam textus in l. in ſingulos 8. ff. de annuis legat. tum etiam, quia penſionarius uſufructuario æquiparatur; unde ſicut uſufructus morte finitur, ita & penſio. Etiam finitur penſio profeſſione ſolemniter facta in Religione, ut docent Gigas de penſionibus 9. 57. num. 5. Thomas Sanchez 2. tom. ſumma, lib. 7. cap. 4. num. 13. & cap. 29. num. 8. non ſolum quia profeſſus pro mortuo habetur, cap. in præſentia, de probat. ſed quia incapax redditur poſſidendi aliquid, ſive ſpirituale, ſive temporale. Etiam finitur penſio per contractum matrimonii, ut probat Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 44. Tum quia ſicut beneficia amittit beneficiarius matrimonio celebrato, cap. 1. de cleric. conjug. ita penſionarius penſionem; quæ licet beneficium non ſit, ad inſtar beneficii habetur. Tum quia, cum inhabilis reddatur ad ſacros Ordines, privatur omnibus privilegiis clericis competentibus, exceptis reſatis in cap. unic. de clericis conjugatis. lib. 6. ubi non reſertur privilegium retinendi penſionem; unde neceſſario eam amittit penſionarius matrimonium contrahendo.

8.
De cauſis
imponenda
penſionis.

Tandem dicitur in dicta diſſinitione, ob iuſtam cauſam; quia ut penſio legitime conſtituatur, juſta cauſa intervenire debet; & ſi aliter prohibito reſervetur, conſtitutio penſionis nullius momenti eſt, cap. vacante 26. in fine, c. extirpanda 30. §. qui verò, hoc tit. c. 7. de offi. vicarii, cap. conſtitutus 6. verſ. cum autem, de relig. domib. cap. per tuas 5. de donat. cap. penult. de verb. ſign. Clement. 1. verſ. Eadem, de ſupplend. neglig. Faciunt textus in cap. prohibemus 7. cap. ſignificavit 13. de cenſibus; docent ultra ſcribentes de penſionibus Corraſius de ſacerd. 1. p. cap. 4. à num. 12. Flaminus de reſig. lib. 2. q. 2. num. 134. Suarez tom. 1. de

reſig. lib. 4. de ſimon. cap. 5. num. 14. Azor in ſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 6. g. 1. Unde quamvis in cap. cum veniſſet 9. de reſtit. ſpol. juſta cauſa non exprimitur, cur annua penſio ab Archiepiſcopo impoſita eſſet, ſupponenda tamen eſt ex eo, quod ipſius auctoritas interceſſit, ut ex verbis, quæ habentur in ejus textu integra, facile liquet: idèd autem non fuit expreſſa, quia de alia re longè diverſa agebatur. Etiam in Summo Pontifice cauſam deſiderari ad imponendam penſionem, docuerunt Azor. d. lib. 8. cap. 5. queſt. ult. Corraſius d. 2. p. cap. 1. Sanchez lib. 2. ſumma, cap. 29. num. 27. non ut valide imponatur, ſed ut juſtè; nam abſque cauſa eam imponendo non facit contra jus divinum, aut naturale, ſed tantum contra jus eccleſiaſticum, prohibens beneficia cum diminutione conſerri, quod à Pontifice abrogari poteſt, cap. propoſuit 4. de conceſ. præbend. tamen dum ſine cauſa imponit, magis diſſipat, quam diſpentat; & idèd peccat lethaliter; quare nec valide ſine cauſa imponi penſionem à Pontifice, docuerunt Toletus lib. 5. inſtruct. cap. 83. num. 3. Victoria in reſol. de ſimon. num. 50. Leſſius de inſtit. cap. 34. num. 204. Theophilus tom. 12. tract. mala è bonis Eccleſia, ſeſt. 2. cap. 1. num. 10. Quare non ſolet ſine cauſa penſionem aſſignare; & ſi de cauſa non conſtet, tamen præſumitur, veluti cum motu proprio penſionem conſtituit; creditur enim ex juſta, & honeſta cauſa eam reſervare: à in Epifcopo, & aliis Prælatiſ Pontifice inferioribus non tantum pro juſticia, ſed etiam pro validitate penſionis juſta cauſa deſideratur, ita ut aliter impoſita nullius momenti ſit, debetque de cauſa conſtare, ut aliis reſatis probat Garcia de benef. 1. p. cap. 5. num. 314. & ſi de cauſa non apparet, præſumitur in fraudem impoſita, nec creditur Epifcopo aſſerenti cauſam interveniſſe: docent Rebuffus in praxi, tit. de paciſ. num. 109. Corraſius de ſacerd. 2. p. cap. 4. num. 14. quia non creditur ei, qui non poteſt liberè actum facere, niſi priùs conſtiterit de veritate, l. ſi forte 8. ff. de caſtreſi, Gigas de penſionibus 9. 68. num. 2. Cauſas imponendi penſiones in Epifcopo & aliis inferioribus enumerant Duarenus ubi ſuprà, cap. 4. Azor. p. 2. mor. lib. 8. cap. 5. Garcia. 1. cap. 5. num. 318. veluti propter remunerationem alicujus ſerviitii Eccleſiæ facti, Gigas de penſ. 9. 6. num. 1. Lotherius de re benef. 9. 35. vel ſi ex cauſa ſenectutis beneficium quis dimittat, ut ex Decio, & Felino probant Azor d. q. 1. Redoanus de ſimon. cap. 21. num. 35. Gigas d. q. 6. num. 3. Theophilus ſuprà. Item ſi duo velint beneficia permutare, & alterum ſit longè pinguius, ut ſerveatur æqualitas, poteſt penſio conſtitui, cap. ad queſtiones 6. de rerum permut. vel ſi Eccleſia indigeat alio miniſtro præter Rectorem, cap. 1. de offi. vicar. cap. conquereute, de cleric. non reſid. docent Duarenus de ſacris Eccleſ. d. cap. 4. Lotherius d. q. 5. num. 230. Denique ex juſta cauſa imponendi penſionem, ſi lis inter duos ſuper beneficio orta ſit, & aliter decidi non poteſt, quam ſi alteri beneficium adjudicetur, alii penſione reſervata, ut in præſenti textu, & in cap. cum veniſſet 9. de reſtit. ſpol. cap. 7. de colluſ. deteg. argumeto textus in cap. cum pridem 4. de paciſ. cap. præterea 8. cap. cum clericis 11. de cenſibus: docent Doctores ſuprà laudati, & congeſti ab Auguſtino Barboſa hic.

Ratio autem præſentis aſſertionis provenit

9.
ex

ex eo, quia publicè interest litibus finem imponi, cap. 2. de re judic. cap. fin. de dolo & contumacia l. propterandum, C. de judicis; maxime in beneficiis, in quibus diuturna vacatio Ecclesiis damnata inferit, cap. ne pro defectu, de elect. cap. 2. de concess. præbend. Unde oportebat modum probare, per quem ab hujusmodi litibus disceditur; ut enim lis super beneficio decidatur, nulliter transigatur, atque pro bono pacis pensio à iudicibus constituitur, cap. cum pridem 4. de pacis, cap. præterea 9. de transact. cap. cum clericis 11. de censibus. Illustrant Gigas de pensionibus, q. 6. num. 4. Ugo de simon. tabula cap. 20. §. 1. num. 2. Suarez d. lib. 4. de simon. cap. 51. num. 11. Lothierus d. lib. 1. q. 35. num. 27. Accedit quia plura pro bono pacis permittuntur, quæ aliàs prohibentur, cap. his 11. de majorit. & obed. Unde rectè in præsentibus à lite discedatur, approbatur pensio à iudicibus compromissariis beneficio imposita.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, pro cuius solutione exponendum est, quo iure arbitrium à iudicibus delegatis, & simul compromissariis in specie huius textus, tam circa Prioratus, quam circa pensionis reservationem defendi valeat ab omni simoniae labe? Et quid in Robertus d. lib. 1. rer. judic. cap. 7. illud defendere intendit eâ ratione, quia compositio facta fuit à iudicibus providis, & honestis, pro quibus præsumptio extat, ut ex illis verbis constat: Nisi esset viri providi, & honesti. Sed ut ratio finalis huius arbitrii explicetur, sciendum est, super spiritualibus, vel illis annexis, super quibus lis vertitur, transigi non posse, si quid temporale præteritur, cap. cum pridem, de

pactis, cap. præterea 9. de transact., ubi probavi. Si verò nihil temporale præteritur, transactio admittitur. Etiam compositio super beneficio locum habet, si nihil inter partes caveatur de re temporali, sed indistinctè compromissum fiat in arbitros; tunc enim ipsi pensionem imponere possunt, ut in hoc textu, cap. cum olim 7. de arbitr. quia cum nihil inter partes de re temporali conveniret, nullum simoniae periculum vertitur, in quo plenior arbitrorum, quam iudicum potestas est: quippe iudices integrum beneficium victori adjudicare debent, ex supra adductis pro dubitandi ratione; arbitri tamen, cum sit plenior facultas eorum, ut inquit Seneca lib. 3. de benef. cap. 7. ibi: Arbitri libera est, & nullis constructa vinculis religio; possunt partem fructuum alteri consignare, vel in compensationem expensarum, vel quo alio æquitate colore: oportet tamen, quod compromissum fiat in iudices, qui de questione principali possent cognoscere, ut supponitur in hoc textu, & in dicto capite cum olim 7. Ratio est, quia si solam arbitrariam potestatem exercerent, non possent tituli beneficii parti adjudicare, qui auctoritate ordinarii aut delegati conferendum est, cap. ex frequentibus, de insti. nec etiam pensionis onere beneficium gravare, quod cum eadem auctoritate imponi debet. Unde reservatio pensionis in præsentibus specie sustinetur, quia à iudicibus delegatis facta fuit, qui etiam arbitrariam potestatem exercerent, compromisso in eos facto indistinctè, absque ulla rei temporalis mentione, quibus conditionibus intercedentibus, pensio vitè reservatur, ut docent supra laudati pro illustratione conclusionis.

CAPVT XXII.

Idem (a) Xanton. Episcopo, & Abbati (b) Baciari.

Pro illorum provisione. Et infra: Pro dil. f. Magistro P. Audoen, qui apud Sedem Apost. moram fecisse dignoscitur longiorem, nec adhuc erat competens beneficium Ecclesiasticum assecutus, licet ad ipsum esset idoneus obtinendum, ven. fr. nostro Burdegal. (c) Archiepiscopo litteris nostris præcipiendo mandavimus, ut eum aliqua Ecclesiarum suarum, ubi ei expedire cognosceret, omni dilatione, & excusatione postpositis, sub cuiusc. contriv. & ap. ob. competens faceret beneficium assignari, præsumptionem eorum Ecclesiastica distr. compescens, qui se ei super hoc ducerent temerè opponendos: ipse autem Archiepiscopus, sicut suis nobis litteris intimavit, attendens præfati Magistri scientiam, & probitatem, illum cognoscens idoneum ad tale beneficium obtinendum, post susceptionem mandati nostri, Decano, & Capitulo Xanton. auctoritate nostra mandavit, ut ipsum pro reverentia Sedis Apost. in fratrem admitterent, & Canonicum, & fraternam charitate tractarent. Cumque precibus ejus, & mandatis nostris reluctarentur Canonici, ac indulgentiam de quadragenario Canonicorum numero ei opponerent, quam à Sede Apostolica (d) iactitant se habere; quia idem Archiepiscopus manifestè cognovimus illos in elusionem mandati nostri, sua indulgentia concessa eis irreverenter abuti, & non tantum xl. tunc esse Canonicos in eadem Ecclesia, sed plures constiterit illi evidentem, Magistrum prædictum de (e) præbenda, & canonia Xanton. cum consensu, & voluntate tua, frater Episcope, & prudentium virorum consilio investivit, contradictores vinculo excommunicationis alstringens. Et (f) infra. Quia verò, quod per prædictum Archiepiscopum de memorato Magistro auctoritate nostra providè factum est, firmitatem debitam volumus obtinere, disc. v. per A. f. m. & distr. præc. quæ, si vobis constiterit prædictos Canonicos indulgentiam prædictam, quam

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

O 2

habent.

habent de certo Canonico numero, non servasse, & aliquem ultra constitutum numerum in Canonicum auctoritate propria recepisse: cum nobis legem (g) imponere non debeant, quam ipsi (h) negligunt observare, latam in ipsos excommunicationis sententiam à prædicto Archiepiscopo tam diu nunciatis auctoritate nostrâ, sublato cujuscunque contradictionis, & ap. ob. observandam, donec sæpeditum recipiant in Canonicum, & in fratrem; & ea quæ ad Canonicum pertinent, cum stallo Chori, & loco Capituli estudeant assignare.

N O T Æ,

1. (a) **X** *Anton.*] Ita etiam legitur in tertia collectione, *sub hoc tit. cap. 8.* Cujacius autem rectè legendum existimavit *Santon.* Santo enim, Santonus, sive Santonum, totius provincie Santonienfis Metropolis est, olim Mediolanum dicta in itinere Antonini, sed à Julio Cæsare tubacta, nomen illud amisit, De ea Aufonius ad Paulinum *epist. 1.*

.... Tandem eluctati retinacula blanda
Burdigale, molles loquimur illecebras,
Santonicamque urbem vicino accessimus agro,
Quod tibi si gratum est, bone Pauline, proba.
Idem *epist. 3. ad eundem.*

Primo tempore Santones vehendum.
Fortunatus de Basilica Eutropii:

Urbs Santonica primus fuit iste Sacerdos.
Qui autem Santones hodie vocantur, hos habent terminos: ab Occidente Oceanum: à Septentrione Pictones: à Meridie Garumnam fluvium: ab Oriente Engolismenes, ut refert Chenu in *serie Episc. Santon.* ubi notat Capitulum ipsius Ecclesie Cathedralis communem jurisdictionem habere, Roamundo 35. Præfati ipsius Ecclesie missa est præiens decisio.

(b) *Bacian.*] Cujacius legendum putat *Abbati Blasfaco*, quod monasterium hodie retinet nomen *Blansac.*

(c) *Burdigal.*] Gerardo videlicet de Malemort.

2. (d) *faciliant.*] Et verè habebant, ut constat ex epistolis Innocentii III. *lib. 2. epist. 262.* extat in hæc verba. [Constitutionibus, quæ Ecclesie sanctæ canonicis non obviant institutis, cum ab Apostolica Sede suæ robur confirmationis expectant, favorem Apostolicum libentius impertimur, ut ea, quæ pro ipsarum utilitatibus ordinantur, inconvulsâ maneant firmitate; & quæ stabilita ratio committatur, aliquorum temeritas non infirmet. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concedentes assensu, institutionem, quam de quadragenario Canonico numero cum assensu venerabilis fratris nostri Episcopi vestri, consentiente, & assistente bonæ memoriæ W. Archiepiscopo Burdegalensi, & piæ recordationis Henrico quondam Albanensi Episcopo, tunc Apostolicæ Sedis Legato approbante, in Ecclesia vestra fecistis, sicut rationabiliter facta est, auctoritate Apostolica confirmamus; & præsentis scripti paginâ communimus: auctoritate Apostolicâ districtius inhibentes, ne aliquis ad receptionem alicujus ultra numerum constitutum, qualibet vos temeritate, salvo in omnibus Apostolicæ Sedis mandato, compellat, nisi fortè Ecclesie facultates in tantum excreverint, quod earum proventus pluribus sufficere dignoscantur. Decernimus ergo, &c. nostræ confirmationis, &c.

Datum Lateran. vi. Kal. Aprilis. Pont. N. anno secundo.] Cujus sit mentio in *cap. ult. de verb. signif.*

(e) *De Præbenda.*] Sed hoc videtur contra verba, & mentem ipsius Pontificis, qui tantum jussit illi beneficium assignari; & cum Pontifex simpliciter mandat provideri de beneficio, non continetur præbenda canonialis, quia est dignitas honorabilior, & maximæ præstantiæ, ut docent Abbas in *cap. ult. num. 6. de præbendi Corrasius de sacerdot. lib. 1. cap. 5. num. 4. Quintanadennas lib. 1. Eccles. cap. 3. num. 14. Garcia de benef. 1. p. cap. 6. à num. 51.* Pro cujus difficultatis solutione dicendum est, verum esse, quod cum Pontifex jubet alicui de beneficio provideri, non potest illi conferri præbenda; sed in præsentis casu idèd præbenda canonialis illi collata fuit, quia non simpliciter jussit Pontifex de beneficio provideri, sed cum adjectione, *de beneficio competentis:* unde cum hæc clausula intelligatur secundum qualitatem personæ in cujus favorem emanavit, argumento legis nepos *Proculo ff. de verb. signif.* idèd si ipse, qui literas impetravit, præbendam mereatur, ritè potest illi conferri.

(f) *Et infra.*] Integra hujus textus caremus; ejus autem casus ita contigit. Cum Innocentius III. Archiepiscopo Burdegal. in junxisset, ut in aliqua Ecclesia suæ Metropolis Magistro P. beneficium competens conferret, ipse Decano & Capitulo Santonen. Ecclesie, quæ est ejus suffraganea, scripsit, ut ipsum reciperent in Canonicum, & in fratrem; quod Canonici facere reuebant prætextu cujusdam privilegii illis ab Innocentio concessi, ut ultra 40. Canonicos recipere non cogerentur; cum tamen tunc temporis plures essent quam 40. Unde Archiepiscopus eâ exceptione rejectâ, cum consilio Episcopi Santonen. prædictum Magistrum de prædicta præbenda investivit. Consultus Innocentius III. ratam habuit hujusmodi collationem, duplici ratione. Prima, quia in prædicto privilegio censetur adjecta clausula, *Salvâ Romanis Pontificis auctoritate.* Secundâ, quia legem, quam ipsi non servabant, Romano Pontifici dicere nequibant.

(g) *Legem imponere.*] Accedit, quia in similibus confirmationibus statutorum Ecclesie semper intelligitur excepta auctoritas Romanæ Ecclesie, ut constat ex alia epistola ipsius Innocentii, edita à Sirlero, *fol. 165. ibi: Licet enim curis in aliqua Ecclesia certus statuatur numerus, hac apponatur conditio, vel intelligatur apponi, Salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate.*

(h) *Negligunt observare.* Quando Capitulum ultra numerum possit aliquem recipere in Canonicum, & in fratrem, & de his Ecclesiis, ubi est certus Canonico numero, egi in *cap. cum M. de consti.*

CAPVT XXIII.

Idem (a) *Bisuntino Episcopo.*

Tuis questionibus respondemus, quod clericos in (b) minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes unde possint congruè sustentari, etsi nondum fuerint beneficium Ecclesiasticum assequuti, dummodo aliud canonicum non obstat, ad superiores poteris ordines promovere.

NOTÆ.

- (a) *Bisuntino.* Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 9. & in cap. suis, de testibus, ubi extat alia pars hujus decretalis, ut jam ibi notavi.
- (b) *In minoribus.* Ex hoc textu deducitur, ad

ordines minores promovendos non egere speciali titulo beneficii, vel patrimonii; ad majores verò gradus cooptandos, debere ad titulum beneficii, seu patrimonii ordinari, jam probavi in cap. 4. hoc tit. ex quo commentatio præsens pendendum est.

CAPVT XXIV.

Idem. (a) *Episcopo Zamorensi.*

Accedens ad Apostolicam Sedem. *Et infra:* Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod clericus absens, per alium, vel alius magis pro ipso poterit de beneficio Ecclesiastico investiri.

NOTÆ.

- (a) *Zamorensi.* Hanc inscriptionem retinet Cujacius hic, licet Glossa marginalis emendet *Baton.* seu *Laton.* Sed licet non habeamus hanc Innocentii Decretalem inter ejus epistolâs hucusque editas, integram litteram restituere possumus, & epigraphen ex cap. final. de rapin. ubi dabimus.

procurator in his tantum præstare ministerium creditur, l. & licet 15. ff. de constit. pecun. l. quod meo 18. ff. de acquir. possess. docent Cujacius lib. 19. Pauli ad edict. in d. l. licet, & lib. 18. ob serv. cap. 2. Donellus lib. 8. comment. cap. 5. Bronchorst. cent. 3. assert. 91. Valentia tom. 1. illustr. tract. 2. cap. 8. num. 23. sive investitura in beneficio accipiat pro possessione, sive pro jure adipiscendi beneficium, poterit per procuratorem recipi, cap. olim, de rescript. argumento legis 4. ff. de donat. Probat Lambertinus lib. 2. de jure patron. 2. p. 98. art. 8. fol. 160. nec refert si dicas, posse absentem investiri de beneficio per procuratorem, vel nuncium alium pro ipso, quod in præsentibus docetur; non enim hæc duo separantur, sed conjunguntur quasi eadem: sicut nihil refert si dicas, per procuratorem causam agere, vel appellare pro alio posse, ut in l. servis ff. de appell. vel alium appellare posse per procuratorem.

COMMENTARIUM.

- U**m possessio acquiratur per procuratorem, vel domino præsentem, si præsens est, l. donationes 31. §. 1. ff. de donat. l. quod statu liber 41. §. 1. ff. de donat. causa mort. l. si procuratori 28. ff. de procurat. & domino etiam absenti, & ignorantem, l. 1. §. per procuratorem, l. possessio, 49. §. ult. ff. de acquir. possess. & dominium si cum ea conjunctum est, quærat domino scienti, quia

CAPVT XXV.

Idem *Herveo Trecenti (a) Episcopo.*

Dilecto filio nostro P. tituli S. Pudentianæ Presbytero Cat. dilectis filiis R. de Avalon. cellerario Senonen. & R. de Noa clerico procuratori tuo, auditore concessio, idem cellerarius (b) proposuit coram eo: Quod cum bonæ memoriæ G. Rhemen. (c) Archiepiscopus, tunc Apostolicæ Sedis Legatus, ad Trecent. accessisset Ecclesiam, in qua G. nepoti (d) suo præbendam concedere intendebat, cum nulla penitus vacaret ibidem, dictus cellerarius, non tam ei, quam nobis etiam cupiens in hac parte placere, præbendam, quam in ipsa obtinebat Ecclesia, in ejus manibus resignavit. Qui liberalitati ejus volens postmodum grata vicissitudine respondere, de Capitulo Trecent. assensu, præsentem quoque ven. fratre nostro Senonen. Archiepiscopo, tam præfatum nepotem suum, quam etiam cellerarium in Canonicum Trecent. instituit;

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

tuit: & ambobus idem Capitulum stallum in Choro, & locum in Capitulo assignavit. Quibus idem Rhemen. Archiepiscopus fructus supradictæ præbendæ tandem divi-
 dendos communiter assignavit, donec præfatus G. integrum esset præbendale stipen-
 dium assecutus, in eos qui contravenire præsumerent, excommunicationis sententiâ
 promulgatâ. Quorum receptionem generalis procurator bonæ memoriæ (e) præde-
 cessoris tui in Constantinopolitanis partibus tunc agentis, postmodum approbavit.
 Unde dictus cellerarius in eadem Ecclesia lectiones, & (f) Evangelium in hebdomada
 sua postea legisse dignoscitur; & tam Decani, quàm Episcopi electioni, & aliorum ne-
 gotiorum tractatibus, sicut Canonicus Trece. (g) interfuit, & domum quandam per
 Capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi Canonico consueverat (h) asservari.
 Tu quoque cum ad eandem accessisti Ecclesiam consecratus, dictum cellerarium cum
 Canonicis aliis ad (i) osculum recepisti, cum tamen tunc temporis non nisi Canonici
 ad osculum admittantur: & eidem super prædictis non movisti per biennium qua-
 sitionem; unde petiit, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita compe-
 gnaremur. Verum dictus R. procurator tuus, proposuit ex adverso, quod cum idem
 cellerarius præbendam suam in præfati Rhemen. Archiepiscopi manibus resignasset,
 ipse de medietate illius nepotem suum, & de medietate alia dictum cellerarium in-
 vestivit, quam adhuc detinere præsumit, in tuum præjudicium & gravamen, non
 permittens te libere de ipsa disponere, prout ad te dignoscitur pertinere. Et licet
 ad dilectos filios Decan. & Magistros G. Cornutum Parisiens. & S. Rhemen. Ca-
 nonicos super hoc nostræ fuerint litteræ impetratæ; cellerarius demum ad nos
 frustratoriè appellavit, ut te posset gravare laboribus, & expensis. Idem quoque
 proposuit procurator, quod cum in Trece. Ecclesia institutus olim fuerit certus
 Canonicorum numerus, & Capituli juramento firmatus, supradictus Archiepiscopus,
 qui etsi Legatus fuisset in Teutonia, in Senonen. tamen provincia, cum eidem
 non fuerit officium legationis junctum, institutionem hujusmodi facere non po-
 tuit ut (j) Legatus: quinimò etsi Legatus in eadem Provincia extitisset; ad unicum
 tamen spirituale jus, quod vacabat ibidem, duos insimul Canonicos instituere
 sibi non licuit contra canonicas sanctiones. Nam si duo unicam præbendam habe-
 rent, id esset contra (k) Turonen. Consilium, quod præbendarum inhibet sectio-
 nem: si verò duobus in Canonicos & fratres receptis, ut tantummodo præbenda
 daretur, sub expectatione alius, contra (l) Lateran. Concilium remaneret. Præterea
 licet in Ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, nullâ etiam præ-
 bendâ vacante, in Canonicum quis possit assumi, cum intelligatur ad quoddam
 jus eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur, & cum electo in Canoni-
 cum nascitur, & desinit cum defuncto. In Ecclesia tamen, quæ determinatum
 habet numerum præbendarum, uno duntaxat individuo jure vacante, duo insi-
 mul eligi non possunt ad illud; cum hujusmodi spirituale jus dividi, seu commu-
 nicari nequeat inter eos. Quamquam interdum hi, ad quos spectat electio, de
 communi consensu augmentare valeant numerum præbendarum, quoddam jus
 spirituale de novo creando; nisi fortè statutum aliquod obviaret, quod esset jura-
 mento (m) firmatum, vel cui Sedis Apostolicæ confirmatio accessisset, hujusmodi
 clausulâ prohibitionis adjectâ, ut si quidquam contra id fieret, non valeret. Propter
 quod institutionem præfata nullam fuisse, dictus asseruit procurator, cum in
 Trece. Ecclesia, sicut præmissum est, certus sit præbendarum numerus, quem
 Capitulum, vel Legatus augmentare minimè intendebat, vel jus aliquod de novo
 creare. Quod ex eo argui proponebat; quia non fuit unus ad vacantem præben-
 dam, & alius simpliciter institutus; sed ad præbendam unicam supradicto modo
 vacantem extiterunt ambo recepti. Sed nec Trece. Capitulum, ad quod præ-
 bendarum collatio nullatenus pertinebat, vel dictus procurator prædecessoris tui
 receptionem hujusmodi approbare potuit, utpote contra canones attentatam.
 Tibi quoque nequaquam obfuisse dicebat, quod cellerarium præfatum ad osculum
 inter Canonicos Trece. admiseras, vel quod aliquanto tempore super hoc negotio
 siluisti: cum tunc temporis Ecclesiæ tuæ consuetudines, & quæ in ea minus legitime
 facta fuerant, ignorares. Ad hæc autem cellerarius sic respondit: quod cum idem
 Archiepiscopus in Trece. Capitulo suæ (n) legationis litteras legi fecerit, & ut
 Legatus eo tempore ab omnibus haberetur, an Legatus in illa provincia, fuerit, non
 debebat ulterius in dubium revocari, maximè cum tu in prædictis litteris, quas obti-
 nueras contra eum, memoratum Archiepiscopum Legatum duxeris nominandum.

Adjecit

Adjecit insuper, quod licet quis ad spiritualem fraternitatem eligi potest, in Canonicum, & in fratrem, nullâ etiam præbenda (o) vacante, argumentum ad hoc cujusdam epistolæ (p) decretalis inducens, in qua legitur, quod cum T. clericus, nullâ in Lingonen. Ecclesia præbendâ vacante, ab Episcopo & Canonicis Lingonen. supradicti Archiepiscopi judicis delegati à nobis, interveniente auctoritate, in Canonicum dicti Archiepiscopi fuerit & fratrem, ita quod nullius præbendæ fructus perciperet, nisi loco receptus fuisset. Nos attendentes, quod dictum T. in Canonicum & fratrem recipi, non occurrebat canonicis institutis; & vacaturam expectare præbendam Lateranensem, Concilio non esset dubium obviare: illicito reprobato, quod licitum erat, duximus approbandum. Unde cum videretur indignum, ut is qui recepturus erat in Canonicum, & in fratrem, præbendæ beneficio fraudaretur: Episcopo & Canonicis Lingonen. dedimus in mandatis, ut si res taliter se haberet, eidem T. præbendam, cum se facultas offerret, assignare curarent. Allegavit insuper, quod ab Apostolica Sede frequenter hujusmodi litteræ impetrantur, ut in Ecclesia, in qua certus est numerus præbendarum, nullâ præbendâ vacante recipiatur quis in Canonicum, & in fratrem, & eidem præbendâ, cum se facultas obtulerit, conferatur. Idem licet Turonen. Concilium sectionem inhibeat præbendarum, nihilominus tamen Romana Ecclesia receptionem eorum qui ad dimidias præbendas assumpti sunt, in Canonicos approbando, nonnunquam sextas præbendas eis præcipit integrari. Sed ad hoc fuit ex adverso responsum, quod etsi Romanus Pontifex dimidiatam quoad temporales proventus præbendam contra Concilium Turonen. illi quandoque præcipiat integrari, cui jus spirituale vacans fuerat cum debita integritate collarum; pro eo tamen, quod ad hujusmodi jus dimidium de facto, cum de jure non valeat, est receptus, id mandare minimè consuevit, & ex plenitudine potestatis, ad unicum jus spirituale non vacans aliquem recipi, utilitate, vel necessitate pensatâ, valeat indulgere. Sicut de Augustino in (q) canone invenitur, qui novo modo provectus, & consecratus Episcopus, incoloni Valerio Episcopo Ecclesiæ Hipponen. accessit in Cathedra, non successit. Et sicut de non vacante præbendâ, concessâ tamen, & confirmatâ per Romanum Pontificem, cuidam clerico in Ecclesia Lingonen. & per executorem ipsius ad eandem etiam non vacantem recepto in præallegata legitur decretali. Præfatus verò Archiepiscopus, qui etsi Legatus fuisset in prædicta provincia, absque nostra saltem licentia speciali contra juris scripti tenorem, ad unicum jus spirituale, quod vacabat in Ecclesia supradictâ, in qua certus erat numerus præbendarum, instituire non potuit nepotem & cellerarium supradictos; cum hoc non solummodo Turonen. sed etiam Lateranen. Concilio obviaret. Maximè cum nec novum jus creare intenderet, nec præbendarum numerum augmentare: quod inde colligitur, quia resignatione cellerarii procurata, eosdem instituit ad unicum præbendam vacantem. Unde nos his, & aliis intellectis, cellerarium antedictum, quem præfatam præbendam constituit prius liberè resignasse, ad restitutionem eorum quæ ratione supradictæ investituræ tenebat, de consilio fratrum nostrorum sententialiter duximus condemnandum, ei super præbendâ ipsâ, vel ejus parte silentium imponentes; ita quod per hoc supradictis G. nullum præjudicium generetur, maximè cum res inter alios acta, non noceat regulariter aliis, juxta canonicas & legitimas sanctiones. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ diffinitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, &c. usque incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Kal. Maji, Pontificatus nostri anno XIII.

NOTÆ.

(a) *Tricenis.* Ita legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 1. & lib. 1. epist. Innocent. III. regest. 13. epist. 72. apud Bosquetum. Herveus iste electus fuit in Tricenis Præsulem in Curia Romana à Canonicis ibidem commorantibus, ex consensu aliorum, & ahniente Innocent. III. ut refert Camvoac. in antiquis. *Tricenis*: obiit plenus virtutibus anno 1223. Cujus animi dotes, & tempus Præsulatus satis exprimitur hoc epitaphio ejus sepulchro apposito.

*Præsul Trecentis, prius autem Parisiensis;
Verbi jam Domini Doctor, de corde Morini:
Paupere gente satius jacet. Herveus hic timentis
latus:
Cilicium, chorda, testenta, lamina ferri.
Cum corde volti facium me ad sidera ferri.
Anno millesimo, bis centenoque, viceno
Terno, cum reddo polo spiritum, ossaque solo;
Anno septeno deno quoque Pontificatus,
Et sexto nonas Julii transigro beatus.
De Trecenti Ecclesia jam plura notavi in cap. 6.
de consue.*

O 4

(b) Celleræ

2. (b) *Cellerarius.*] Cellerarius, seu Cellarius dicitur, qui penitus Ecclesie asservando, & dispensando præponitur, cuique tritici, & vini dispensatio commissa est. Concilium Francoford. can. 13. ibi: *Ut cellarius in monasteriis avari non eligantur.* D. Benedictus cap. 31. *sua regula*, ibi: *Ut cellerarius monasterii eligatur de congregatione.* Fructuosus Episcopus cap. 6. *sua regula*: *Eligatur cellerarius bonæ pietatis, probatus, quem communis elegerit collatio.* Capitulum cum ad monasterium, de *statu monac.* lex *nominatum*, ff. de *manuum. testam.* ibi: *Dispensator meus cellarius meus.* Quo sensu in l. *quæstionum*, ff. de *instrum. legato*, cellarius dicitur qui præpositus est, ut rationes salvæ sint: notantur post Meursium, Briffonium, & alios Lexicographos Petrus Gregor. lib. 15. *synag.* cap. 40. num. 6. Alberic. in *dist.* verbo *Cellarium*; hodieque in aliquibus Ecclesiis Cathedralibus, & passim in monasteriis eligitur unus ex aliis, qui cellario præponatur, vulgò appellatur *Cellerero*, de quo in præfenti, & in *disto. cap. cum ad monasterium.* De eo agunt Benedictus Eftenus, lib. 3. *disquisit. monast. tract. 7. disquisit. 4.* Cæsar. de *Eccl. hierarch. quest. 2. præm. §. 5. n. 13.*
3. (c) *G. Rbemensis.*] Præfuerunt huic Ecclesie temporibus Innocentii duo G. unus Guillelmus ad Albatmanus dicitur, filius Theobaldi Campanie Comitis, qui Cardinalis creatus, ut Legatus missus fuit in Galliam à Lucio III. alter Guido, Abbas Clarevallensis, de quo Innocentium hic agere notavit Besquetus in *præfenti*, non levi ductus fundamento, nam Guido in Germaniam missus fuit, ut legitur in *chron. Belgico*, anno 1200. ibi: *Guido Abbas Cisterciensis, cum quibusdam Abbatibus Romam proficiscitur.* Et non multo post: *Papa Innocentius fecit eam Episcopum Cardinalem Præfatum, & misit in partes Alemannia Legatum.* Idem apud Cæsarium Micetium in *chronico*, Cisterc. De eo agit Illustr. Manrique tom. 1. *annal. Cisterc. in serie Abbatum Clareval.* anno 1202.
- (d) *Nepoti suo.*] Ex fratre videlicet, ut communiter nepotes à patris appellantur: notavi in *cap. 2. de arbit.*
- (e) *Prædecessoris sui.*] Garnerii videlicet, qui electioni Franci Imperatoris interfuit, & suffragium dedit, decessitque anno 1193. ut referunt Camuzat. & Chenu in *Ecclesia Tricaf.*
4. (f) *Et Evangelium.*] Quod proprium Canonicorum est in illis Ecclesiis, ubi usus invaluit, ut presbytero celebrante tantum Canonici Epistolam, & Evangelium legant, ut probat Barbosa de *Canonicis cap. 34. per totum*, & in *summa Apostolicæ collect. 92.*
- (g) *Interfuit.*] Canonicus enim eo ipso, quod Canonicus est, omnia hæc munia obire potest, si factis ordinibus initiatus est. Barbosa de *Canonicis cap. 37. per tot.*
5. (h) *Consueverant assignari.*] Sunt domus claustrales, quæ aliis, quàm Canonicis dari non possunt, quæ Canonicorum vocantur, & plenâ gaudent libertate, ex concessione Hugonis Comitis Trecentis, anno 1104. apud Camuzat. ibi: *Dedit igitur Ecclesia Trecentis Beati Petri, & sancti Salvatoris libertatem domorum Canonicorum, videlicet ut nemo presumat eas deinceps violare.* De eis agerimus in *cap. 1. de immuni. Eccl.*
6. (i) *Ad osculum.*] Varia genera osculorum legitur in utroque iure, & apud bonæ notæ Interpretes; alia enim sunt honoraria, quæ videlicet manibus, seu pedibus Imperatorum insignuntur, de quibus, & purpura adoratione, agitur in l. 1. *C. de Comitibus & Tribun.* lib. 12. l. 4. *C. de Consulibus*, l. 1. *C. de præpositis sacri cubic.* l. 1. *C. de domest.* & *proiect.* l. 1. *C. de silentiar.* l. si quis servum 7. *C. qui militare non poss.* l. ult. *C. de Palatinis sacr. largit.* l. 2. *C. de privi. scholar.* l. 1. *C. de apparitor.* *Prof.* *Orbis*, lib. 12. l. *vestituenda* 6. *vers. ad hac*, *C. de advocat. divers. jud.* l. 2. *C. de Fabricensibus*, lib. 11. & ex Theodosiano codice præter has ipsas constitutiones, quæ in illo extant, l. *ann. de imaginibus Imperialis*, l. 4. l. *præfectura* 8. cum l. *sequenti*, l. *prætor* 16. de *divers. offic.* l. *quisque* 70. de *Decret.* Quibus illustrandis in communi, de eo more, & jure multa post alios Pineda, Vafquius, Briffonium, Bificiola apud nostrum Solorzanum in *memoriali pro præcedentia Consilia Indiarum*, num. 9. & 10. & in *pereridito opusculo de honorariis Senatoribus*, num. 316. & *segg.* Novatinus in *Agno Eucharist.* lib. 5. 61. Bulengerus de *Imperat.* lib. 3. cap. 15. ac præter eos, & præ aliis Lypsius lib. 2. *electorum*, cap. 6. Jacobus Durantius *Cassellius* lib. 2. *var.* cap. 16. Salmastius ad *Scriptores histor. Ang.* pag. *notarum* 319. & 440. Demisterus ad *Rosinum* in *Paralip.* lib. 3. *antiquæ. cap. ult. ad finem.* Henric. Salmut. ad *memorab.* *Pancirola*, 1. p. *tit.* 46. Philippus Rubenius lib. 2. *elector.* cap. 4. Jann. Mellerus Pamelius in *speculogio ad Noviam Marcel.* in *voce Saniter.* Turtureus de *nobilit.* lib. 2. cap. 7. Carranza post *librum de partu*, ad l. 3. num. 2. *C. de posth. her. instur.* Ant. Sargentes in *Neap.* *instr.* lib. 1. cap. 21. Zerda in *advoc. sacr.* cap. 163. numer. 11. & cap. 177. numer. 7. Græthlerus 1. *rom. de sancta Cruce*, lib. 1. cap. 53. Serarius ad *lib. Esther.* 2. p. *quest.* 3. & in *Judub.* cap. 19. *quest.* 3. Aloysius Navarinus 1. *rom. elector. sacr.* lib. 2. cap. 70. & *segg.* Andreas Pintus in *speculogio sacro*, tom. 1. cap. 40. Benedictus Pererius in *Genesis* tom. 3. cap. 18. num. 7. & cap. 23. num. 25. & tom. 4. ad *capit.* 33. num. 2. Joannes Lorinus ad *Psal.* 2. *vers.* 12. *Oscula amica usitata fuerunt*, tam apud Judæos, quàm apud Gentiles. De ludæis constat ex pluribus sacre pagine locis, Matthæi cap. 26. *vers.* 48. & *seq.* Exodi cap. 18. *vers.* 7. Regum lib. 2. cap. 14. Tobie cap. 7. & 9. Apud Romanos adeo usitata fuerunt, ut Tiberius ea inhibuisset, ut latè illustrat *Pancirola* lib. 2. *var.* cap. 94. & *lib.* 1. *memorab.* n. 46. ubi plura Salmut. P. Pinto in *speculog.* lib. 1. cap. 40. Petrus Gregorius lib. 13. de *republica*, cap. 18. & *lib.* 8. *synag.* cap. 8. Savaus ad *Sidonium* lib. 1. *epistol.* 11. A. Guibertus cap. 4. *Polyx.* Lypsius lib. 2. *elect.* cap. 6. Bulengerus lib. 1. de *Imperat.* cap. 12. Demisterus ad *Rosinum* lib. 3. cap. 33. Titus ad *Alex.* lib. 2. cap. 19. Sunt etiam oscula sancta, & charitativa, quæ fideles primis Ecclesie temporibus invicem dabant, in tesseram communionis, & promiscue fidei. Tertul. lib. 2. ad *uxorem*, ibi: *jam verò alicui fratrum ad osculum convenire, dicebatur osculum sanctum*: quia pietatis, & charitatis pignus erat; dabaturque sub ea formula, *Pax tecum*; quâ sinebatur sacra Synaxis; undepacis concludentis signaculum dicitur in *cap. pacem* 9. de *consec. distict.* 2. juxta illud Apostoli ad Romanos cap. 16. *vers.* 16. & 1. ad Corinth. cap. 16. *v. 20.* *Salutate invicem in osculo sancto*; juncto canone 19. Synodi Laodic. Unde illud sibi invicem dabant tempore sacre communionis

munitionis. D. Gregorius *lib. 3. dial. cap. 37.* Omnes sibi met pacem dederunt, corpus & sanguinem redemptoris acceperunt. Quare conjunguntur in canone 12. Concilii Alstiod. Non decet mortuus, nec Encharistiam, nec osculum tradi. S. Ferreol. *cap. 25.* sua regule. Statuimus hujus culpareum; communionem Dominicam, & osculum fratrum non habere; ut probant Albalpineus *lib. 1. observat. cap. 17.* Cerdà *in advers. sacr. cap. 151.* Menardus *in notis ad Sacram. D. Gregorii, fol. 377.* & ad concordiam regul. fol. 1021. Cresolius *lib. 4. mystag. cap. 6. sect. 2.* Vivat. *in apparatus ad Flaccum Dextrum, s. 9.* Serlogus *tom. 2. in Cantica, vestig. 1. sect. 2.* Petrus Gregorius *in præf. decret. num. 28.* Baconius *anno 45. num. 7.* Theophilus *tom. 17. de religioso loricato, in princ. fol. 189.* Etiam dabatur tempore baptismi, ut probat Vicecomes *de ritibus baptismi lib. 5. cap. 2.* item tempore sacræ ordinationis, Hallietius *de sacr. elect. sect. 8. cap. 11.* Plura de his osculis charitativis ultra proximè laudatos congerunt Baptista Cafalius *de sacris christianorum ritibus, cap. 59.* Cironius *lib. 1. obs. cap. 14.* Lantidmeter. *lib. 2. de veteri clerico, cap. 81.* Illustr. D. Franc. Ramos *in syntag. ad Alexand. VII. propos. 1. num. 93.* De hoc osculo amabili, seu charitatis accipiendus est præfens textus; olim enim, sicut & hodie, observabatur ut tempore adceptæ possessionis præbendæ, seu beneficii ad osculum reciperent novum fratrem ceteri Canonici, *cap. cum olim 12. de privil. unde in præfenti specie Canonici probare intendunt se in possessione præbendæ esse, ex eo quod ad oscula receptus erat in Ecclesia Trecenti.*

(i) *Vi Legati.* De potestate Legati circa beneficia conferenda in provincia suæ legationis, plura congesti *in cap. dilecti, de offic. Leg.*

(k) *Turonense Concilium.* De quo *in cap. majoribus 8. hoc tit.*

(l) *Lateran. Concilii.* De quo agitur *in cap. 2. de concess. præbend.*

(m) *Juramento firmatum.* Covarruvias *in cap. quamvis, 2. p. s. 1. num. 11. de pactis in 6.* existimat Canonicos non potuisse revocare statutum hoc, quia confirmatum erat à Pontifice in favorem Ecclesiæ: sed doctè eum reprehendit Anguianus *lib. 3. de legibus, cap. 5. num. 11.* Eà ergo sententiâ omisâ, verius dicendum est, in præfenti casu Canonicos non posse augere numerum Canonicorum, contra statutum à se juratum, quia actus celebratus contra proprium juramentum est ipso jure nullus, ut pluribus relatis docet Sanchez *lib. 3. summa, cap. 12.* & si confirmatum fuit à Pontifice tale statutum, etiã mutari non poterat, quia actus gestus contra statutum habens clausulam decreti irritantis, etiã editam in favorem ipsorum, est nullus ipso jure, ut probat Anguianus *d. cap. 5.* De hac facultate augendi, vel minuendi numerum præbendarum, egi *in cap. cum M. de consti.*

(n) *Legationis litteras.* An Legato credatur, nisi editis suæ legationis litteris, exposui *in cap. cum in iure, de offic. deleg.*

(o) *Præbenda vacationis.* Ut probavi *in cap. 1. hoc tit.*

(p) *Decretalis.* Quæ reperitur supra *in cap. dilectus, hoc tit.*

(q) *Canonic.* Cap. non autem 12. 7. 9. 1.

(r) *Maximè cum res.* Regulam hanc exposui *in cap. penult. de re judic.*

Commentarium hujus textus petendum est ex traditis supra *in cap. majoribus:* & adducendis *in cap. 2. de concess. præbend.*

CAPVT XXVI.

(a) Idem V. Episcopo.

VAcante quadam in Ecclesia tua præbendâ, duas ex ea constituens, ad illas de assensu Capituli tui duos Canonicos assumpsisti, quorum altero apud Sedem Apostolicam viam universæ carnis ingresso, præbendam, quam defunctus habuerat, quidam clericus Hippolytus nomine fuit auctoritate Sedis Apostolicæ assensus. Verùm cum idem H. te super integritate præbendæ per quasdam nostras litteras inquietet, & alius idem jus adversus te se habere proponat, quid facere debeas postulasti per Sedem Apostolicam edoceri. Super quo fraternitati tuæ duximus respondendum, quòd cum Turonen. statuta Concilii sectionem inhi beant præbendarum, teneris utrique de iis, quæ vacare contigerit integrare præbendam, nisi forte rationabili causâ de vacante præbendâ prædictâ duæ fuerint constitutæ, ac tot sint utriusque preventus, quod per utramque sit utrique provisum in beneficio competenti.

NOTÆ.

(a) *Dem.* Ita etiã legitur in quarta collectio-
ne, sub hoc tit. cap. 3. id est, *Uratilaviensi E-*

piscopo, ut habetur lib. 5. epist. ipsius Innocentii III. registr. 16. epist. 166. ex quo registro eam restituo. De Uratilaviensi Ecclesia egi in cap. 27. de re scripte.

CAPVT XXVII.

Innocent. III. (a) *Vercellenſi Epifcopo.*

Dilectus filius G. pro quo canonicando in Ecclesia Novarien. ſcripſeramus, quod intendebat, per noſtras (b) litteras non obtento, contra Canonicos ejuſdem Eccleſiæ nobis propoſuit conquerendo, quod eum pro eo ad Novarien. Capitulum mandatum Ap. miſſemus, ut eum in Canonicum reciperent, & in fratrem, præbendam, ſi qua tamen tunc vacabat, conferentes eidem; ipſi non ſolùm mandatum Apoſtolicum noluerunt adimplere, verùm etiam præbendam vacantem, quam mandavimus illi conferri, præſumpſerunt alii assignare. Unde petebat à nobis, ut quæ de ipſo inceperamus, exequi dignatemur. Magiſter autem Greg. Novarien. Eccleſiæ procurator proponebat è contrà, quia cùm nulla in Eccleſia vacaret præbenda, prædictus clericus ad Ap. Sed. accedens falſò in Eccleſia ipſa nobis ſuggeſſit vacare præbendam, & ad ſuggeſtionem falſam ſuper receptione ſua litteras impetrat. Unde cùm mendax precator carere debeat impetratis penitus, idem procurator ab impetitione ipſius Eccleſiam poſtulabat abſolvi. Cùm igitur coram dil. fil. n. G. ſancti Gregorii ad Velum Aureum Dia. Card. quem eiſdem dedimus auditorem; ſuper his diutiùs litigarint, & idem Cardin. quæ fuerant propoſita coram eo, nobis retulerit diligenter; d. r. per Ap. ſcripta mand. quatenus ſi tibi conſtiterit, quod in Novarien. Eccleſia præbenda vacaret tempore, quo ſuper præbenda jam dicti clerici noſtras litteras receperunt, cùm eam penitus alii in deluſionem mandati noſtri duxerint conferendam, eundem clericum, ſi non alibi ſufficiens habeat beneficium eccleſiaſticum, juxta tenorem prioris mandati noſtri à prædictis clericis recipi faciatis, & eidem de redditibus ipſius Eccleſiæ ſingulis annis competentem assignari proventus, (c) donec ei ſit in beneficio præbendario proviſum.

NOTÆ.

1. (a) *Vercellenſi.*] Ita etiam legitur in quarta collectione, *ſub hoc tit. de conſeſſ. præbend. cap. 4.* De Vercellenſi Eccleſia egi in *cap. 10. de foro compet.*
(b) *Litteras.*] Monitorias, præceptoriasve, de

quibus plura congeſſerunt Petrus Greg. *lib. 7. de reſcript. cap. 4.* Azor *tom. 2. inſtit. moral. lib. 6. cap. 32.* & nos in *cap. ex litteris. de reſcript.*

(c) *Donec.*] Et ita debet recipi in Canonicum & fratrem, cum ſpe allequendi præbendam proximè vacaturam, ut probavi ſuprà in *cap. relatum.*

CAPVT XXVIII.

Idem in Concil. (a) *Later. Conſtit. XXXIV.*

De multa providentia fuit in (b) Later. Concilio prohibitum, ut nullus diſverſas dignitates eccleſiaſticas, & plures Eccleſias parochiales reciperet, contra ſacrorum canonum inſtituta; alioquin & recipiens ſic receptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens privaretur. Quia verò propter præſumptiones, & cupiditates quorundam nullus hæctenus, aut rarus de prædicto ſtatuto fructus provenit: nos evidentiùs, & expreſſiùs occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus, ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, ſi priùs tale beneficium habebat, eo ſit ipſo jure privatus; & ſi fortè illud retinere contènderit, etiam alio ſpolietur. Is quoque, ad quem prioris ſpectat dominatio, illud poſt receptionem alterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum; & ſi ultra ſex meſes conferre diſtulerit, non ſolùm ad alium, ſecundùm Concil. Lateran. [c] ſtatutum devolvatur, verùm etiam tantùm de ſuis cogatur proventus in utilitatem illius Eccleſiæ, cujus illud eſt beneficium, assignare, quantum à tempore vacationis ipſius ex eo conſtiterit eſſe perceptum. Hoc idem & in (d) perſonatibus decernimus eſſe obſervandum, addentes, ut in eadem Eccleſia nullus plures dignitates, aut perſonatus habere præſumat, etiam ſi curam non habeat animarum: circa ſublimes tamen, & (e) litteratas perſonas, quæ majoribus ſunt beneficiis honorandæ, cùm ratio poſtulaverit, per (f) Sed. Ap. poterit diſpenſari.

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) *Lateran.* Can. 29. non 38. ut legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 4. De hoc Concilio Lateranensi nonnulla notavimus in cap. 1. de Summa Trinit.

(b) *Lateran. Concilio.* Sub Alexandro III. relato in cap. quia in tantum, de clericis non resid.

(c) *Statutum.* Quod exposui in cap. literas, de supplenda neglig.

(d) *Personaribus.* Personatus dignitas, quæ, qualisque sit, exposui in cap. ad aures, de rescript.

(e) *Literatas.* Id est, literis conspicuas, & juris peritiâ præditas, ut exposui in cap. -- de clericis conjugat. cujus dispensationis exemplum extat apud Guillelmum Tyrium lib. 10. belli sacri, in Baldano 11. Rege Hierosolym. quem ait Tyrius liberalibus disciplinis imbutum, præbendas obtinuisse in Ecclesiis Rhemenſi, Cameracenſi, & Leodienſi.

(f) *Per Sedem Apostolicam.* Ex his verbis aperte liquet, Pontificem posse super pluralitate beneficiorum dispensare; quod etiam probatur in cap. dudum 54. de elect. cap. 1. de consuet. lib. 6. cap. ordinarij, de offic. ordin. eod. lib. Concilio Colonienſi sub Paulo III. 1. p. cap. 32. & 33. Illustrant ultra infra referendos Basilius de matrim. lib. 8. cap. 12. num. 9. Datis de benef. cap. 2. in fine, Fragoso de regim. christ. reipub. tom. 2. lib. 3. disp. 9. §. 1. Bossius tom. 2. operis moral. tit. 7. §. 1. num. 2. Ratio in promptu est; nam cum hæc prohibitio pluralitatis à jure positivo proveniat, ut infra dicemus, & Pontifex sit supra jus positivum, cap. proposuit, de concess. præb. & in beneficiis plenam, ac liberam potestatem habeat, cap. 2. hoc tit. lib. 6. ideo in legibus ecclesiasticis, hanc pluralitatem inhibentibus, dispensare poterit, tam in duobus Episcopatibus, e. relatio, cap. illud 21. quest. 1. quam in pluribus beneficiis, cujuscunque generis sint, etiam curatis, dignitatibus, vel personatibus, d. cap. dudum, l. 5. tit. 5. l. 3. & 4. tit. 16. par. tit. 1. Ojeda de incompatib. cap. 12. num. 12. Barb. alleg. 62. num. 18. Sed an alius præter Pontificem possit etiam dispensare in pluralitate, dubium est: & cum hæc prohibitio proveniat ex Concilio generali relato in cap. quia in tantum, & in præſenti; & inferior non possit dispensare in lege superioris, ideo inferiores Prælatos dispensare non posse in hac pluralitate, docuerunt Gloſſa præſenti, & in d. cap. dudum, & communiter repetentes hinc. Contrarium tamen suadetur ex cap. Sanctorum, 70. dist. ubi docetur, auctoritate Episcopi posse clericum pluribus Ecclesiis præſelle; quare verius dicendum est, post præſentem constitutionem non posse Legatum Episcopum, vel similem Prælatum dispensare, ut quis habeat plures dignitates, beneficia curata, aut uniformia sub eodem tecto, vel quæ residentiam petunt, ut cavetur in Concilio Tridentino sess. 24. de reform. cap. 17. in cæteris verò beneficiis simplicibus, vel ut quis habeat curatum simal, & simplex, vel ut in eadem Ecclesia cum dignitate canoniam retineat, posse Legatum, vel Episcopum dispensare, probat Barbosa d. alleg. 62. per totam. Illud tamen discrimen etiam inter Pontificem, & ejus Legatum, seu Episcopum notandum est, quod Pon-

tifex potest dispensare, ut quis retineat plura beneficia, Episcopus verò, vel Legatus, tantum ut duo possideat, d. cap. Sanctorum, Trident. dist. cap. 17. Consuetudine tamen in his Regnis introductum est, ut etiam Episcopus possit plura beneficia uni conferre, etiam si alterum sufficiens sit ad congruam sustentationem, ut referunt & probant Barbosa supra, num. 9. Garcia benef. 1. p. cap. 19. Flaminius de reſig. lib. 5. quest. 6. num. 119.

Semper tamen in simili dispensatione faciendâ à Pontifice, vel Episcopo desiderari justam causam, supponitur in præſenti textu, & deducitur ex cap. monuit, de elect. & traditis à Basilio ubi supra: ideoque, tam Pontifex, quam ejus Legatus, vel Episcopus absque causâ in hac pluralitate dispensando, peccare lethali ter, docent Basilius, & Bossius ubi supra; eâ tamen admisâ distinctione, ut Pontifex validdè, licet injustè, sine causâ dispense, inferiores verò Prælati non solum inhonestè, verum & inutiliter. Causas autem justas ad dispensandum in pluralitate, expressas habemus in hoc textu illis verbis: Circa sublimis tamen, & literatas personas; in quibus duæ referuntur causæ, videlicet nobilitas, & literarum peritiâ, ubi conjunctiva &, non habet vim copulativâ, sed disjunctivâ, ut in cap. 2. de vita & honest. cleric. juxta legem sape ſſ. de v. s. Unde sufficit ad dispensationem, quod sit nobilis, aut literatus, ut cum eo dispensari possit, dummodo sit honestæ vitæ, cap. venerabilis 37. hoc tit. quia causâ dispensationis non solum respicit utilitatem personarum, verum & Ecclesiarum, quibus solent esse utiles nobiles, & literati, cap. dispensationes, cap. tali 1. quest. 7. docent, & latius prosequuntur Azor d. 2. p. lib. 6. cap. 12. quest. 1. Ojeda de incompatib. numer. 5. cap. final. Nec hucusque traditis obstat Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 17. in illis verbis: Quibuscunque dispensationibus non obstantibus, ubi omnes dispensationes pro pluribus beneficiis obtinerendis videntur improbari. Nam respondendum est, illo decreto non abrogari præſentem decisionem, nec facultatem dispensandi, existente justâ causâ; nam Patres tantum improbant dispensationes absque causâ concessas, non tamen vetant ex justis causis à legitimo superiore dispensari, ut docent Quintanadvennas lib. 4. ecclesiast. num. final. Cenedus collect. 550. ad Decret. n. 2. Illud tamen summè observandum est, quod cum qualibet dispensatio odiosa sit, & strictè accipienda, e. requiritio, 1. q. 7. §. nisi rigor, cap. dilectus, de consanguin. & affin. cap. nihil, de elect. cap. dudum, vers. insuper, de elect. atque ideo restringenda sit ad casum de quo loquitur, cap. 1. & 2. de filiis presbyt. in 6. inde simpliciter dispensatus ad obtinenda plura beneficia, intelligitur respectu simplicium, non verò curatorum, Decius consil. 96. nec respectu existentium sub eodem tecto, & quod dispensatus ad dignitates, non censetur dispensatus ad Episcopatum. Innocent. in cap. dilectus. Item quod per dispensationem ad plura incompatibilia non possit quis obtinere nisi duo dumtaxat, Butrius in dicto cap. dudum, ad finem, de elect. Item dispensatus ut possit duo beneficia curata recipere, intelligitur de duobus prioribus, quæ obtinere contingeret, cap. non potest 21. vers. cum verò, hoc titulo, lib. 6. cujus interpretationem prosequitur Moneta de communi.

commut. cap. 6. num. 254. & 262. Gonzalez ad regulam octavam, gloss. 15. à num. 27.

COMMENTARIUM.

5.
Conclusio
probat
et traditur

EX hac Concilii Lateran. constitutione fertio: Generaliter nemo plura beneficia obtinere potest. Probat eam textus in cap. quia in tantum 5. cap. referente 7. cap. ad hac 13. cap. praeerea 14. cap. cum non ignores 15. cap. cum iam dudum 18. hoc tit. cap. sanctorum, 70. dist. cap. singula, 89. dist. cap. unic. 10. q. 3. cap. per laicos 16. quest. 7. cap. 1. cum sequent. 21. quest. 1. cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. cap. literas, de concess. prabend. cap. ordinarii, de offic. ordin. lib. 6. cap. cum singula, cap. super eo, hoc tit. lib. 6. Clement. gratia, de rescript. Clement. si plures, Clement. final. hoc tit. Extravag. execrabilis, eod. tit. cap. dudum 54. §. nos igitur, de elect. cap. eam te, de arate & qualite, cap. literas 9. de concess. prabendo. Concil. Metense can. 2. ibi: Unusquisque presbyter unam solummodo habeat Ecclesiam, nisi forte antiquitus habuerit capellam, vel membrum aliquod adiacens sibi, quod non expedit separari. Nannet. can. 8. Sicut Episcopus non plus potest habere quam unam civitatem, & unam uxorem; ita presbyter unam tantum Ecclesiam: itaque nullus presbyter plures presumat habere Ecclesias. Pariaenle sub Lothario & Ludovico lib. 1. cap. 49. De hac occasione nullus presbyter duas, aut tres avaritia causa, quibus sufficere secundum divinum cultum nullatenus potest, habere audeat Basilicas. Pictav. can. 2. De nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, prabendam, vel alios ecclesiasticos honores, vel in duabus Ecclesiis pralationes exerceat, nisi in unatantum. Trident. sess. 7. cap. 2. 3. & 4. sess. 24. de reform. cap. 17. Urbanus II. in Concilio Claromont. cap. 12. Nulli clerico liceat deinceps in duabus civitatibus duas prabendas obtinere, cum duos titulos non possit habere. Et can. 14. Nullus deinceps in una Ecclesia geminos honores habeat. Agathens. can. 57. Epaut. can. 9. Heraldu Episcopus Turon. in suis Capitulis, cap. 49. De presbyter nos amplius quam unam uxorem. Concil. Frisingense anno 1440. can. 7. Pictav. 2. tempore Paschalis, can. 16. Ne quis in duabus Ecclesiis duas prabendas, aut duos honores obtineat. Londoniense 2. sub Honorio II. can. 6. Unusquisque Archidiaconus in diversis Episcopatibus diversos Archidiaconatus teneat, sub anathemate prohibemus: immo ei, cui prius assignatus erat, tantum adbareat. Salzberg. tempore Gregorii X. can. 7. & secundum can. 10. Coloniense celebratum anno 1530. can. 32. Alia juris testimonia congerunt Antonius Augustinus in epist. lib. 6. tit. 43. & lib. 8. tit. 33. & lib. 15. tit. 4. Crespetius in summa, verbo Beneficiorum pluralitas: consonat de jure regio lex 28. tit. 4. lib. 2. recopil. & faciunt per argumentum lex hac parte, in fine, C. de proximo, favor. lib. 12. lex 5. C. qui militare, lex finalis, in princip. C. de assessoribus, cap. 1. de excess. Pralat. Illustrant ultra congestos in praesenti a Barbosa & Garanna, Manrique de different. utriusque fori, quest. 18. Hurtado tom. 1. de resid. resol. 6. Luna de Arellano lib. 3. antinom. 2. Fragolo de regim. christ. reipubl. p. 2. lib. 3. tit. 1. per tot. Penna tom. 1. decis. 61. Dartis de benefice. sect. 9. cap. 2. Filescus de origin. Paroc. cap. 4. Solorzanus lib. 3. potest. cap. 20. Petrus Gregor. de republic. lib. 4.

cap. 6. num. 5. Petrus Bollo in econom. can. clas. 2. cap. 2. §. 1. & 2. Acunna in cap. Sanctorum, 70. dist. & in cap. per singulas, 89. dist. Corvinus lib. 2. aphorism. tit. 31. Tondutus 3. p. de benef. cap. 5. §. 6. Duarens lib. 8. de sacris eccles. cap. 4. Zipeus ad tit. de clericis non resid. Egidius Bossius tom. 1. moral. tit. 7. Fornerius lib. 3. rerum quotid. cap. 25. Petrus Herodius lib. 1. Pandect. tit. 4. Chopinus lib. 3. monast. tit. 3. cap. 1. Diana p. 10. tract. 13. resol. 1. Carvallo in cap. Raynuntius, num. 274. Petrus Gregorius de benef. cap. 15. Vighellius in meth. juria can. fol. 285. & 361. Boiquerus ad Innocent. III. lib. 2. epist. 157. Lemaistre lib. 3. de monachis, cap. 6. Tapia 2. p. catena mor. lib. 5. cap. 5. art. 10. Conradus Kling. lib. 3. disputat. cap. 50. Caballutius in notis. Concil. in 7. Synodo Nicen. 2. can. 15. fuse Theophilus tom. 12. tract. malo è bonis Eccles. cap. 7. Alteserra in praesenti, Christ. Lupus in can. 10. Concil. Chalced.

Sed hac assertio ita indistincte tradita diffinitis valde redditur ex eo, nam habere plura beneficia, vel non, aestimandum non est ex eorum numero, sed ex Ecclesiarum redditibus, & proventibus, ita ut si Ecclesia congruam sustentationem parochi non praebeat, plures parochias unus clericus regere possit: si autem fructibus abundat, ipsius parochus in alia Ecclesia non ita pingui etiam deserviat. Unde Hispani Patres presbyteros parochos simul in canonicis ecclesiae Cathedralis cooptabant ea lege, ut ab Ecclesia Cathedrali, & simul a parochia stipendia acciperent. Concil. Emeritense can. 12. ibi: Ut omnes Episcopos provincia nostra, si voluerint de parochianis Presbyteris, atque Diaconibus cathedram sibi in principali Ecclesia facere, maneant per omnia licentia; hi tamen qui fuerint traducti, humilitatem dignam Episcopo suo teneant, & eo honore, & reverentia habeantur, ut venerentur in Cathedrali Ecclesia, sicut hi, quos constat fuisse ordinatos in ea: & quamvis ab Episcopo suo stipendii causa per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab Ecclesiis tamen in quibus prius consecrati sunt, vel à rebus earum extranei non maneant. Et Ecclesia pauper, paucosque parochianos habens, alii jungatur, ab unoque presbytero utraque regatur. Concil. Tolét. 16. can. 3. ibi: Ecclesia, quae usque ad decem mancipia habuit, super se habeat sacerdotem; quae vero minus decem mancipia habuit, aliis conjungatur Ecclesiis. Si autem dives erat, plures in ea ordinabantur presbyteri. Concil. Emerit. cap. 14. Igitur obtinere diversas Ecclesias non ex eorum numero, sed ex stipendiis, fructibus, vel ipsarum proventibus aestimandum est.

Qua dubitandi ratione non obstantè vera est praesens assertio, quam ut plenè exponamus, & de originibus huius prohibitionis originem repetamus, sciendum est: plures ex Theologis, tam scholasticis, quam moralistis, asseruisse pluralitatem beneficiorum repugnare juri naturali, & divino; Cajetanus in summa, verbo Beneficium, Sylvester eod. verbo 4. num. 1. Angelus num. 35. Actilla num. 42. Tabiena numer. 28. quest. 24. alii quos refert & sequitur Thomas Sanchez. lib. 2. summa, cap. 2. dub. 5. Sotus, Azor, & Vazquez, quos refert Hurtado tom. 1. de resid. resol. 6. pro quorum sententia expendi solet textus in cap. 1. 2. 1. quest. 1. ubi PP. Concilii Niceni ad adstruendam hanc prohibitionem adducunt caput 6. Divi Matthaei, vers. 24. in illis verbis; Nemo potest

6.
Traditur
dubitandi
ratio.

7.
De originibus
hujus prohibitionis

testi duobus Dominis servire. Deinde quia iuri naturali, & divino repugnat, quod Ecclesia piveat ministris debitis, & quod divinus cultus minuat; quod continget si unus presbyter duabus Ecclesiis præficiatur, *cap. unic. 10. quest. 3. cap. singula, 89. distinct.* sed contrarium, immo tantum à jure positivo prohibitionem hanc provenire, docuerunt omnes ferè antiquiores congesti ab Hurado, & Valensi ubi supra; & rectè, nam si præsens prohibitio à jure naturali, aut divino originem traheret, non posset Pontifex in ea dispensare, *cap. sunt quidam 25. quest. 1.* sed posse ipsum, atque Episcopos dispensare, supra probavi; Igitur quia hæc prohibitio est tantum juris positivi. Deinde quia consuetudo intui oduci non potest contra jus naturale, aut divinum, *cap. final. ubi illustravi, de consuet. sed moribus introduci potest, ut quis unam præbendam simul cum dignitate obtineat, cap. 1. de consuet. lib. 6.* nec non & plura beneficia, ut docent ex aliis Garcia de benefic. p. 11. cap. 5. numer. 265. Manrique de differentis dict. quest. 18. Igitur quia hæc prohibitio non est juris divini aut naturalis. Adstruitur tandem hæc sententia cui adhaere, ex eo, quia cum beneficia à jure positivo introducta sint, ut refert Baronius tom. 6. anno 502. & probavi in *cap. 1. hoc tit.* non possit pluralitatis beneficiorum prohibitio esse antiquior, quam ipsa beneficia, ut ratiocinatur Fillinius 3. tom. tit. de benefic. cap. 7. numer. 2. Accedit, quia hæc prohibitio sacris canonibus tribuitur in præsentia, ibi: *Contra sacrorum canonum; cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. ibi: Contra sacrorum canonum instituta; cap. quia in tantum 5. hoc tit. ibi: Sacris canonibus immita. Tridentinum dicta sess. 24. cap. 17. ibi: Sacris canonibus.* Nec contrarium deducitur dict. *cap. 1. 21. quest. 1.* nam licet ibi adducatur locus Divi Matthæi *cap. 6. vers. 24.* non tamen inde deducitur, prohibitionem illam esse juris divini, quia illa tantum præcepta juri divino tribuuntur, quæ in sentia literali ex eodem proficiuntur. D. Thom. 1. p. quest. 1. num. 1. Unde quod præsens prohibitio nitatur illa Divi Matthæi auctoritate, non ideo à jure divino provenit. Nec quod de minuendo cultu divino ex ministrorum defectu contraria sententia assertores expendebant; aliquid facit; nam id tantum evincit pluralitatem beneficiorum ex se malam esse, non tamen deducitur, à jure divino esse institutam. Ex his liquet prohibitionem hanc esse tantum juris positivi, licet jure naturali subnixam, ut infra dicemus; à quo tamen tempore cepisset in Ecclesia hæc prohibitio, adhuc inter vespertinos Antecessores non constat; aliqui eam repetunt à Concilio Agathensi celebrato sub Sixto III. anno 436. relato in *cap. unic. 21. quest. 1.* sed verè textus ille loquitur de Abbatis regularibus. Alii eam deducunt ex Concilio Chalcedon. celebrato sub Leone I. anno 451. relato in *cap. clericum 21. quest. 1.* sed perperam; eum veritus sit eo canone illud solum prohiberi, ne clericus in una Ecclesia intitulatus, in alia etiam intitulati valeat; & ne in Ecclesiis duarum civitatum conscribatur, quod longè diversum est à prohibitione pluralitatis. Et notandum est in specie illius textus, verbum illud oportere, ne-

D. D. Gonzalez Decretal. Tom. III. Pars I.

cessitatem inducere, ut in *l. cum amplius 84. §. 1. ff. de reg. jur.* juncto Donello *lib. 12. comment. cap. 2.* ubi Osvaldo *littera D.* quamvis non semper verbum illud necessitatem importet, ut notatur ad expositionem textus in *l. si pignore 22. §. 1. ff. de pignorat. act. l. salarium 7. §. 3. l. 39. ff. mandati, l. 1. §. 1. ff. quando appellandum, l. 8. ff. de eo, quod certo loco, per Cujacium ibi, tract. 3. ad African. Idem ferè statuitur in *cap. ne quis translatus 21. quest. 2. cap. sanctorum, 70. distinct.* in quibus beneficiorum pluralitas expressè non prohibetur, sed ex eo, quod docetur, nullum posse duabus intulari Ecclesiis, per interpretationem deducitur, non posse duas Ecclesias obtinere; eodem modo accipiendus est textus in *cap. singula, 89. distinct. & in c. unic. vers. Sed in hoc, 10. quest. 3.* qui deductus est ex Concilio Tolitano celebrato anno 700. in quo pluralitas non expressè prohibetur, sed deducitur per interpretationem, ex eo quod ibi statuitur, ne plures Ecclesia quasi in unum corpus temerè conjungantur. Tandem eodem modo procedit textus in *cap. per laicos 16. quest. 7.* ubi directè tantum prohibetur, ne Episcopus duas Ecclesias obtinere præsumat; presbyter enim in eo textu opponitur clerico, & accipitur pro Episcopo, ut in *cap. olim, 95. distinct. cap. legimus, 93. distinct.* per consequens tamen rectè ex eo textu deducitur, nec clericum posse duas parochias simul regere. His ergo sententiis omissis, & aliis relatis à Quintanadennas *lib. 4. ecclesiast.* dicendum est, quod licet prohibitio hæc obumbrata, & insinuata esset prædictis, & aliis Ecclesiæ legibus, prioribus ejus sæculis editis, tamen aperte & specificè statuta fuit in Concilio Nicæno 2. celebrato anno 781. in eo canone relato à Gratiano in *cap. 1. 21. quest. 1.* sed quia lex illa poterat ad clericos tantum orientales referri, Alexander III. in præsentia Concilio Lateranensi eam generaliter quoad omnes, tam Græcos, quam Latinos statuit, generaliterque in eo Concilio statuta fuit prædicta prohibitio pluralitatis; poena tamen nulla inflicta fuit, quamvis prohibitionis rationes exprimerentur, *cap. quia 5. cap. ad hac 13. hoc tit.* Deinde quia Alexander III. agnovit facile contenti prædictam constitutionem, alias duas edidit: Primam in Concilio 3. Lateran. celebrato anno 1180. 1. p. *cap. 13.* quæ sanxit ut accipiens secundam dignitatem, vel Ecclesiam parochialem, eam amitteret; & qui dedit, largiendi potestate privaretur: habetur in *cap. quia nonnulli 3. de cleric. non residend.* Cujus constitutionis meminit Innocentius in præsentia. Aliam constitutionem concessit electionem possessori retinendi Ecclesiam, quam maluisset, *cap. referente, hoc tit.* juxta quas constitutiones accipiendi sunt textus in *cap. eam te 7. de atate & qual. cap. præterea, cap. quia in tantum, cap. ad hac 13. hoc tit. cap. 3. de confirmat. util. in 5. compilat. ibi:* (Ex parte tua nobis humiliter fuit supplicatum, quod cum nonnulli clerici tuæ diocesis plures obtineant parochiales Ecclesias, datâ hujusmodi clericis optione retinendi unam ipsarum Ecclesiarum, reliqua possis de licentia tua idoneis assignare personis.) Ex his tamen duabus sanctionibus prior tempore fuit, quæ refertur in *d. c. quia nonnulli;* nam in *d. c. eam te,* ubi ad praxim deducitur secunda constitutio, mentio fit constitutionis relatæ in dicto *cap.**

quia nonnulli; unde deducitur illam prius emanasse. Succedit tandem constitutio Concilii Lateranensis celebrati sub Innocentio III. quâ statuitur, ut si habens beneficium, curatum, aut personatum, vel aliud simile beneficium recipiat, primum vacet ipso iure; & si illud retinere præsumat, utroque privetur. Quæ constitutio reperitur in præsentibus, & approbata fuit, & ampliata in Extravag. Execrabilis, Joannes XXII. hoc tit. ita ut præsens constitutio, procedat etiam in dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis, quæ animarum curam habuerint; & ita ut si obtinent secundum beneficium, si Episcopum proprium statim non adierint, utroque priventur: quod & firmatum fuit, adjectis aliis pœnis, per Concil. Tridentinum sess. 7. de reform. cap. 4. c. 5. & sess. 24. cap. 17. & ita qui sciens beneficium incompatibile cum jam obtento, acceperit, ipso iure primo privatur, quia per admissionem secundi videtur renunciatum primum, l. 3. titul. 16. part. 6. Solorzano tom. 2. lib. 2. cap. 17. numer. 12. Prosequuntur latius hanc temporum seriem & varietatem Acunna in dicto cap. sanctorum, 70. distinct. Valens de benefic. tit. 2. Quintanadennas dict. lib. 4.

8. Hæc pro diversitate temporum in Ecclesia natura reperimus; sed sciendum superest, ad quas personas præsens prohibitio spectet, & in quibus beneficiis procedat? Et cum generaliter concepta sit, & verbis universalibus hæc Ecclesiæ prohibito, comprehendit primum Romanum Pontificem, qui simul Episcopatum retinere non potest, quia Pontificatus per se est beneficium, & quidem omnium maximum, & dignius, cap. 1. de maledictis, cap. si duo, cap. si quis pecunia, 179. distinct. cap. si Papa, 40. dist. unde per promotionem ad summum Pontificatum vacare omnia beneficia, atque pensiones, docuerunt Germonius de indulg. Cardinal. §. si verò illa, numer. 34. Ojeda de incompatibil. cap. 1. numer. 11. Post Romanum Pontificem proximum dignitatis gradum in Ecclesia obtinent Cardinales, de quorum dignitate egi in cap. 2. de cleric. non resid. in quibus etiam procedit hæc prohibitio, ita ut nemo ex eis possit obtinere duos Cardinalatus, quia sunt officia uniformia: & licet Episcopatum simul cum suo titulo possit obtinere, ut probavi in dicto cap. 2. non tamen duos Episcopatus retinere valet Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 17. Nec contrarium probatur in cap. Ecclesia, 57. de elect. extravag. execrabilis, §. Cardinalibus: quorum interpretationem tradit Gratiana in præsentibus. Comprehendit etiam præsens prohibitio Patriarchas, cap. 1. de consuetud. lib. 6. & Metropolitanos, ut expressè sanxerunt Bonifacius I. epistol. 3. ad Hilarium, Cælestinus I. epistol. 2. cap. 4. quæ extant tom. 1. Concilior. Severini. Comprehenduntur & Episcopi qui non solum duos Episcopatus uno, eodemque tempore habere nequeunt, cap. in illis, 80. distinct. verum nec præbendas, seu beneficia, si quæ antea possidebant, retinent; sed omnia per adæptionem Episcopatus vacant; cap. cum inunctis, §. 1. de elect. ubi exposui, textus in cap. quoniam 9. de iudiciis, cap. 3. de probat. qui solent vulgò in contrarium expendi. Etiam

comprehenduntur hæc prohibitionem Abbates; nam plures Abbatis unus habere nequit, cap. unum Abbatem, 21. quest. 1. cap. monachum, in fine 20. quest. 4. cap. si quis demceps 16. quest. 7. cap. ne pro defectu, de elect. cap. final. in fine, de re. lig. domib. cap. cum singula 32. hoc tit. in 6. cum aliis traditis ab Antonio Augustino in epist. lib. 59. titul. 46. docet Ojeda dicto lib. 1. cap. 5. per tot. Denique ceteri clerici, & ministri Ecclesias, dignitates & personatus obtinentes, cap. ad hæc, hoc titul. Extravag. Execrabilis, eodem cap. 1. de consuet. lib. 6. Tridentino sess. 7. cap. 2. & sess. 24. cap. 17. prosequitur Valens dicto lib. 3. titul. 1. ex num. 5.

Hactenus egimus de personis hæc prohibitionem comprehensis: superest ut de beneficiis, quæ inter se incompatibilia sunt agamus. Et cum sciendum est, magnam differentiam versari inter incompatibilitatem quoad titulum, & quoad retentionem. Incompatibilitas quoad titulum tunc datur, quando beneficia ita non comparantur, ut post affectum titulum secundum beneficium, confectum jure ipso vacet titulus primus, quod contingit in duobus curatis, duplici personatu, vel dignitate honoratis, etiam in diversis Ecclesiis, ex hoc textu, cum aliis supra relatis; vel in duobus beneficiis in eadem Ecclesia, juxta textum in cap. 1. de consuet. lib. 6. Clement. final. hoc titul. ut in specie textus in cap. cum in summo, §. cum vero, de elect. cap. nemo demceps, eod. tit. lib. 6. Clement. 1. de officio vicarii: docet Valens dicto titul. 1. numer. 6. incompatibilitas verò quoad retentionem datur, quando concurrunt duo beneficia, quæ quamvis jure prohibeantur per unum, eundemque clericum retineri, non tamen vacant ipso iure, sed postquam possessor elegerit quod maluerit; quomodo intelligi potest textus in cap. litteras, de consuet. præbend. in illis verbis: Præbenda illa, etsi non de facto, de jure tamen vacare nescatur; mandamus quatenus dictum Praepositum, ut illam sine difficultate resignet, cogamus. Quippe in hoc casu non vacat primum beneficium ipso iure; sed possessor habet facultatem eligendi quod maluerit ex facultate sibi concessa ab Alexandro III. in dicto cap. referente, cap. præterea; nam cum præsens constitutio non generaliter, nec absolute contineat vacare primum beneficium per affectionem secundi, sed loquatur Innocentius duntaxat de duobus curatis personatibus, aut dignitatibus duabus, non videtur derogatum decisioni dicti capituli referente; arguimento legis præcipuas, C. de appellacionibus, atque ideo in duobus beneficiis simplicibus, etiam residentiâ requiruntibus; vel sufficientibus ad congruam sustentationem, non vacavit ipso iure primum; quia imò habebit adhuc possessor facultatem eligendi quod maluerit retinere, ut sapius decium fuisse in Rota referunt Garcia de benefic. p. 1. cap. §. numer. 85. Barbosa §. p. de potestate Episcopi, allegacion. 57. num. 21. His suppositis incompatible est quoad titulum, primum beneficium duplex curam animarum annexam habens, ut ait præsens textus, cui consonant Clementina Gratia, de rescriptis, dicta Extravag. Execrabilis, id est, duplex beneficium, cui annexum est onus administrandi

sacramenta. Ojeda dicta r. p. cap. 13. numer. 3. quæ doctrina ad vicarias perpetuas eandem curam annexam habentes protracta fuit in *Clement. unica, de offic. vicar.* & ad commendas perpetuas eorundem beneficiorum, ex Tridentino dicta sess. 7. cap. 4. ideoque idem jus procedit, si habens beneficium curatum, consequatur vicariam, vel commendam perpetuam. Ojeda dicto cap. 13. numer. 10. & 2. p. cap. 6. vel habens beneficium, quod exigit residentiam, coadjutoriam assequatur. Barbosa voto 28. per totum, hæcque incompatibilitas durat etiam post Tridentinum, ubi sess. 3. cap. 4. innovatur præfens Innocentii constitutio, ut docuit Garcia de beneficio. d. cap. 5. numer. 76. Quare cavendum est à Navarro in *manuali cap. 25. numer. 129.* Quintanadvenas dicto lib. 4. numer. 98. qui existimant, hanc incompatibilitatem sublaram fuisse per Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 17. ubi statuitur, ut habentes duo beneficia curata, unum ex his intra semestre dimittant; nam ibi potius indulgentia conceditur illis, qui eo tempore duo beneficia possidebant, quam in futurum jus jam statutum in dicto cap. 4. mutatur. Etiam incompatibilitas quoad titulum datur in duplici personati. aut dignitate, ut etiam hæc expressè docetur; nec interest an sit similis, vel dissimilis dignitas, vel in eadem Ecclesia, aut diversis; quia generaliter concepta est prohibitio, tam in præfenti, quam in dicta Extravag. *Execrabilis.* Ojeda dicta i. p. cap. 9. ubi etiam docet, nihil interesse, utrum dignitas curam jurisdictionis, seu administrationem habeat, vel non; nec contrarium probat dicta Extravagans *Ambrosiæ, in fine,* quatenus exigit, quod dignitates habeant jurisdictionem, aut curam actu; quia textus ille loquitur in diversa pœna ab ea, quæ in præfenti statuitur; in illa enim constitutione additum fuit, ut qui secundam dignitatem obtinuit, teneatur primam dimittere, non ad effectum vacationis, sed ut possessionem amittat; & si id non fecerit, utraq; privetur. Quoad hanc ergo pœnam exigitur jurisdicção, seu cura, quia ideo ea inflicta est, ut diutius incertum non sit, ad quem talis cura spectat. Ojeda d. cap. 13. numer. 80. Tandem hæc incompatibilitas quoad titulum locum habet in beneficiis sub eodem tecto existentibus, ex hoc textu, in dicto cap. 1. de consuetudine in 6. immò jus plus abhorret hanc pluralitatem, quam alias etiam curatorum; unde dispensatus ad plura beneficia, non potest obtinere duo sub eodem tecto, nisi expressè in gratia exprimat. Rebuffus in *praxi, tit. de dispens.* §. *etiamsi sint,* Ojeda de *incompatibilit. d. i. p. cap. 20.* Dubium tamen est, an hæc doctrina ad similia tantum beneficia sub eodem tecto, vel etiam ad alia similia extendatur, Ojeda d. cap. 20. numer. 25. existimat, omnia beneficia ejusdem Ecclesie, etiam dissimilia, quoad titulum incompatibilia esse; sed verius est tantum dari incompatibilitatem in beneficiis similibus, ex hoc textu, & dicto cap. 1. in *consuet.* Unde potest quis sub eodem tecto Archidiaconatum, & canonicam possidere, cap. eam te 7. de *rescriptis.* Ruffus, quia in beneficiis dissimilibus

D. D. Gonzalez in *Decretal. Tom. III, Pars I.*

non datur incompatibilitas ipso jure, ut probant Ojeda dict. cap. 20. numer. 27. Garcia dicto cap. 5. à numer. 259. qui latè agunt de duabus Capellaniis sub eodem tecto, tam in una, quam in diversis capellis existentibus; & de pluribus beneficiis simplicibus videndus est Valens de beneficio. dicto lib. 3. tit. 7.

Plures hujus prohibitionis rationes congerunt tam ipsi facti Legislatores, quam juris interpretes, nec non Cantipratannus lib. 1. Apum, ratio decip. cap. 19. Guillelmus Parisiensis lib. de collat. beneficii. Carthusian. lib. de plural. beneficii. artic. 8. & 17. D. Thomas quoadliber. 3. artic. 3. Nicæna Synodus relata in dict. cap. 1. 21. quæst. 1. eam petit ex avaritia, & ambitione, quæ ex pluralitate beneficiorum nascitur: Joannes XXII. in dict. Extravag. *Execrabilis,* & Alexander III. in dicto cap. quia in tantum 5. hoc ut. eam reddunt, quia cum vix uni officio & beneficio unus valeat deservire, quomodo in pluribus ministrare valebit. Facit etiam, quia pluralitas beneficiorum dissolutionis, & divagationis causam præstat, cap. cum singula 32. hoc tit. lib. 6. quæ non leve præjudicium infert Ecclesie, in quibus clerici debent assidue residere, ut probavi in cap. 2. de cleric. non resident. Accedit etiam, quod plura beneficia uni conferre, ut plura officia exerceat, civilis, & tectæ administrationis rationem evertit, quæ in eo consistit, ut singula officia, seu ministeria singulis personis committantur, cap. singula 1. 89. dist. 1. unde leges sæculares duo officia civilia uni committi prohibent. l. liberus 17. §. præscripto, & s. sub eodem, ff. ad municip. l. si plures, vers. nam difficile, ff. de pactis, l. final. C. de offic. assis. l. 1. ubi Glossa penultima, C. quemadmodum civilia munera, lib. 10. l. his quidem 5. C. qui militare, lib. 12. l. 1. ibi: Et duobus officiis operam suam adhibere non possunt: C. de præpositis agentium, lib. 12. l. quisquis, C. de cohortalibus, lib. 12. Apud Athenienses ita cautum erat: Duo munera ne simul obeunto; refert Samuel Petrus lib. 3. juris Attici, tit. 5. Rationem reddunt Quintilianus lib. 10. Insti. cap. 3. ibi: Nec enim se bona fide in multa intendere animus totum potest. Cassiodorus lib. 9. var. epistol. 21. ubi ait: Sæptis doctoribus querulis usurpatam fuisse sententiam, duabus curis ingenium occupari non debere. Illustrant Fornetius lib. 3. rerum quotid. cap. 25. Solorzanus tom. 2. de jure Indiar. lib. 4. numer. 24. & in memor. pro juribus honor. numer. 71. Valenzuela tom. 2. consil. 133. numer. 85. Navarrete discursu 11. Junius tom. 1. politico, cap. 22. quod cum in officiis sæcularibus observetur, multò magis in beneficiis ecclesiasticis. Facit exemplum Gentilium, apud quos unus sacerdos duo, vel plura sacerdotia obire non valebat, nec Pontificatum simul cum alio, ut probat Gutherus lib. 1. de veteri jure Pontific. cap. 8. & cum ad Pontificatum maximum nemo ascendere posset, nisi qui jam Pontifex esset, ex lege Domitia per adeptionem hujus Pontificatus vacabat primus, ut refert Livius lib. 39. & 40. Tandem & illa ratio præfentis prohibitionis non incongruè assignari potest, videlicet quod quemadmodum non licet eodem tempore duas habere uxores, cap.

P 2 christia-

10.
Traditur
ratio decip-

christiano, 34. dist. cap. ultim. ubi plura dabimus, de sponsa duor. eodem modo nec duas Ecclesias poterit quis simul obtinere; nam de matrimonio carnali ad spirituale, quod contrahitur inter Ecclesiam, & suum Rectorem; validum est argumentum; cap. inter corporalia, de translat. Episcop. ubi plura congeffi, cap. final. eod. tit. cap. quoniam §. 8. porro, ut lite non contest. cap. sicut alterius 7. quasi. i. quo argumentandi genere in hoc beneficiorum tractatu utuntur textus in cap. sicut; 21. quasi. 2. cap. cum non ignores 15. hoc tit. Concil. Nannet. can. 8. ibi: Sicut enim Episcopus non plus potest habere, quam unam civitatem. Et vir unam uxorem; ut presbyter unam tantum Ecclesiam. Ivo Carnot. epist. 170. ibi: Cum in ipsa infantia mundi in Lamech carnalis bigamia sit culpata, quomodo poterit in sponsa, quae est Ecclesia, laudari, qua in hoc sacramento. Et in virtute sacramenti uni debet viro desponsari? Quod respexit Paulus II. referent Joanne Nicolao de incompatib. tit. 3. cap. 6. qui rogatus, ut super pluralitate dispensaret respondisse fertur, se in Ecclesia Dei nolle inducere bigamiam; Non tamen inde inferas quod sicut in pluralitate uxorum; quae legi divina repugnat, cap. gaudemus; ubi plura Barbosa, de divorciis, Pontifex dispensare non valet; ita nec in beneficiorum pluralitate; nam equiparatio inter utrumque consortium non in omnibus, & per omnia procedit, cum vinculum hoc spirituale, non conjugium, sed quasi dicatur, cap. inter corporalia, de translat. episc. ibi: Quasi conjugale vinculum spiritualiter sit contractum. Unde cum pluralitas uxorum juri divino, & naturali contraria sit, beneficiorum vero pluralitas juri positivo tantum advenietur, id est in polygamia carnali nolle inducere bigamiam potest, in spirituali vero recte dispensare valet. Sed his suppositis, quare vinculum conjugii spiritualis dicatur fortius quam carnale, in dicto cap. inter corporalia, in ejus notis exposui. Prosequitur alias rationes praesentis prohibitionis Theoph. Raynaud. ubi supra.

12.
Dissolvitur
ratio dubi-
tandi.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, pro cujus expositione sciendum est, nonnullos casus reperiti; in quibus potest clericus plura beneficia simul obtinere. Primus est quando quis unum habet in titulum, & aliud in commendam; sciendum enim est, olim moris fuisse; vacantis Ecclesiae curam viciniori Rectori committere, dum de electione futuri praelati tractabatur, cap. obitum 16. cap. Carinensis 17. 61. distinct. qui commendatarius intercessor dicitur in cap. constitutum 22. 7. quasi. i. cujus commendationis ratione ipse ut proprius Praelatus spiritualia administrabat in ipsa Ecclesia. Lantdmeter. lib. 2. de veteri clerico. cap. 34. in fine. Plura de his commendis adducunt Quintanadvennas d. lib. 4. a num. 123. Garcia d. p. de benefic. cap. 4. per tot. Ojeda d. 2. p.

cap. 4. Zypaus lib. 3. respons. tit. de commenda-
dis, respons. 2. Hanc ergo commendam simul
cum beneficio recte sacerdos retinere po-
test; cap. 3. 21. quasi. 1. cap. dudum, de elect. quia
commendata beneficium non est; quae ab eo dis-
tinguitur in l. 2. tit. 44. lib. 11. legum Longob. ibi:
Ceteri vero homines liberi, qui vel commendatio-
nem, vel beneficium ecclesiasticum habent, sicut
reliqui, justitiam faciant. Notavit Cironius in
cap. 1. de eo, qui mittitur, in §. comit. sed cum
admissus jam sit ulus commende perpetuae, an
etiam talis commenda simul cum beneficio reti-
neri possit; dubium est? Affirmant pluribus re-
latis Ojeda d. cap. 4. num. 14. Quintanadven-
nas supra, numer. 126. Geimonius de indultis
Cardin. verbo Ita quod. Sed rectius contrarium
docuerunt Navarrus in manuali, cap. 25. num.
126. Corraffius de benef. i. p. cap. 6. nam cum
commenda perpetua, velut canonicatus, titulus
sit, ut probat Garcia dicto cap. 4. a num. 35. eos-
dem effectus sortitur, ac beneficium, cap. nemo
15. de elect. lib. Tridentin. d. sess. 24. cap. 17. unde
textus in d. cap. dudum, cap. si pluribus, cap. cum
G. cap. si beneficii, de praebend. lib. 6. cap. 2. de re-
nunc. eod. lib. cap. cum bonis de aetate & qualitate,
exaudiendi sunt de commenda temporalis. Se-
cundus casus contingit, cum plura beneficia si-
mul unita sub uno titulo autoritate legitime su-
perioris conjuncta sunt, aut praescriptione immemoriali,
sive annectatur parochialis Ecclesia alicui
parochiali, sive dignitati, cap. extirpanda 30. ibi
qui vero, cap. exposuisti 33. hoc tit. cap. super eo
hoc tit. in 6. Clement. final. hoc tit. Et tunc nul-
la datur pluralitas, quo casu procedunt canones
Concilii Emerit. supra adducti. Ratio est, quia
beneficium unum non dicitur amplius benefi-
cium. Oldradus consil. 257. num. 13. sed illius
naturam sequitur, cui unum est; sicut portio
accrescens assumit naturam ejus, cui accedit,
l. si ex toto 8. in princip. ff. de legat. 1. l. in-
ter 26. §. cum inter, ff. de patris dotibus;
l. etiam, C. de iure dotium; quare cum utra-
que Ecclesia pro unica habeatur, non adest eo
casu aliqua incompatibilitas. Tertius casus con-
tingit, ubi praesens prohibitio lecum non ha-
bet, cum beneficia cumulata sunt tenuis, &
modici stipendii; quare plura simul retineri ab
uno clerico possunt, d. cap. unic. 10. quasi. 3. cap.
eam 10. de aetate & qualitate; Ojeda d. 2. p. cap. 5.
Valensis d. lib. 3. de benef. tit. 8. quia cum be-
neficia sunt instituta pro alimoniis sacerdotum;
ut probavi in cap. 1. hoc tit. plura; sive cura-
ta, sive non; possunt uni conferri usque ad
congruam ejus sustentationem; d. cap. eam 10.
quod tamen ex hac causa uni clerico confer-
ri possunt, habita ratione status, conditionis,
& familiae ipsius, arbitrio Episcopi relinquitur,
ut prosequuntur Ojeda & Hurtado ubi
supra.

CAPVT XXIX.

Idem in (a) eodem Confit. XXX.

GRave nimis est & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur, carnalitate sequentes affectum, non iudicium rationis. Unde quanta Ecclesie damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut prætermittis indignis, assumant idoneos, qui Deo, & Ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum; fiatque de hoc in provinciali Concilio diligens inquisitio annuatim, ita quod, qui post primam, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis, à conferendis beneficiis per ipsum Concilium suspendatur, instituta in eodem Concilio personam providam, & honestam, quæ suppleat suspensæ defectus in beneficiis conferendis; & hoc ipsum circa Capitula, quæ in his deliquerint, observetur. (b) Metropolitanis verò delictum superioris iudicio relinquatur ex parte Concilii nuntiandum. Ut autem hæc salubris provisio pleniorum consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia præter Rom. Pontificis auctoritatem, aut proprii (c) Patriarchæ, minimè relaxetur.

NOTÆ.

(a) *Idem.*] *Can. 30.* ut legitur in ipso Concilio: in quarta autem collectione, sub hoc titulo, cap. 5.

(b) *Metropolitani verò.*] Metropolitanus enim non est supra Concilium provinciale, licet aliquando Concilium fuisse supra Metropolitanum siveat ex Novella 6. Justin. sed ejus caput, unde ob reverentiam illi debitam statunt Patres, ut in Concilio ejus delictum nec puniretur, nec judicaretur: notavit Basilium Legion. lib. 8. cap. 6. num. 12.

(c) *Patriarchæ.*] De quibus agemus in cap. antiquo, de privil.

COMMENTARIUM.

AD officia, & beneficia, tam sæcularia, quam ecclesiastica eligi indignos non debere notum est, & supponitur in præfati, & in cap. cum in cunctis, §. final. cap. nihil, 24. de elect. cap. 15. de offic. ordin. cap. ad decorem, de instit. & saltem idoneos eligi debere docetur in cap. cum nobis 19. ibi: Illius quoque litteratura, licet eminens, &c. cap. 1. §. 2. ibi: Dummodo sit idoneus, de instit. lib. 6. Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 3. inter idoneos tamen digniorem esse eligendum, jubetur in cap. licet. 8. quæst. 1. ubi in ordinando sacerdote requiritur, ut qui præstantior est omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, eligatur, cap. Metropolitanano, 63. dist. ibi: Optimus ordinatur, cap. viliissimis 1. quæst. 1. ibi: Qui est honore præstantior; cap. 2. de officio custodis, ibi: Quales sanctiores, & meliores esse viderint; cap. unic. ut eccles. benefic. ibi: Non ex affectu carnali, sed discreto iudicio in personam idoneam dispensari. Latè probant Valens de benefic. lib. 1. tit. 28. Bobadilla lib. 1. polit. cap. 3. numer. 76.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

Phebo tom. 2. decis. 109. Carleval de iudiciis tom. 1. lib. 1. disputat. 1. num. 24. Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disputat. 5. quæst. 13. Mancinus saceri juris controvers. disputat. 14. Gutierrez lib. 2. canonic. cap. 11. Gonzalez in regul. 8. gloss. 4. ferè per totam. Petrus Gregorius de benefic. cap. 35. Altamir. ad tit. C. de sil. offic. cap. 6. §. 2. P. Bollo in œconom. canon. clas. 2. cap. 5. §. 5. Antonius Augustin. lib. 15. in epit. iur. tit. 3. Barbosa de offic. parochi, lib. 1. cap. 2. numer. 98. Jul. Lavor. variar. lucubr. tit. de elect. cap. 21. Acunna in cap. si forte, 63. dist. Solorzanus de iure Indiar. lib. 3. tom. 2. cap. 8. cujus principii duplex ratio vulgò assignatur. Prima, quia cui committitur electio, tanquam viro bono, conceditur talis facultas, l. cum quidam, ff. de legat. 2. l. quamquam 72. ff. de rum. sup. unde tanquam bonus vir debet eligere digniorem, & præstantiorem. Secunda ratio est, quia recta dispensatio, & dictamen justitiæ distributiæ, cui inæqualitas maximè repugnat, omninò prohibent electionem indignæ personæ. D. Thomas 3. p. 9. 63. art. 2. ad 1. Sotus lib. 3. de iustitia, q. 6. art. 4. conclus. 4. unde rectè in præfati docetur, ad beneficia ecclesiastica idoneos, dignioresque esse eligendos; aut verò eligens dignum omisso digniori, peccet lethaliter, teneaturque ad restitutionem, disputant Canonistæ, & Moralistæ: ultra supra relatos, & innumeros, quos refert Barbosa in d. cap. cum nobis 19. de elect. pertractant D. Thomas 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad 3. Diana p. 11. tract. 4. resol. 34. Manriquez. de different. utriusque fori, quæst. 48. Velasco de privil. pauper. p. 1. quæst. 7. Fragofo de regim. christ. reipubl. lib. 1. disputat. 1. §. 3. Escobar de utroque foro art. 5. §. 1. Garcia tom. 2. polit. regul. tract. 9. difficult. 3. dubit. 6. P. Mendo in stater. dissert. 15. quæst. 17. & sequ. Prado tom. 2. Theolog. moral. cap. 19. quæst. 4. Arnicus de repub. cap. 2. resol. 2. sect. 8. ex num. 9. pag. 418. & 431. Solorzanus tom. 2. de iure Indiar. lib. 2. cap. 7.

CAPVT XXX.

Idem in (a) eodem, *Constit. XXXII.*

EXtirpandæ consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet patroni Ecclesiarum parochialium, & aliæ quædam (b) personæ (c) proventus ipsarum sibi penitus vindicantes, (d) presbyteris earundem servitiis deputatis relinquunt aded exiguam portionem, ut ex ea congruè nequeant sustentari. Nam ut pro certo didicimus, in quibusdam regionibus (e) parochiales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextam decimam decimarum. Unde fit, quod in his regionibus penè nullus inveniatur parochialis sacerdos; qui vel modicam habeat peritiam litterarum. Cùm igitur os bovis alligari non debeat triturantis, sed qui altari servit, debeat vivere de altari. statuimus, ut consuetudine qualibet Episcopi, vel patroni, seu cuiuscunque alterius non obstante, portio presbyteris ipsis assignetur sufficiens: qui verò parochialem habeat Ecclesiam, non per vicarium, sed per [f] seipsum illi deserviat in ordine, quem ipsius Ecclesiæ cura requirit; nisi forte dignitati, vel præbendæ parochialis Ecclesiæ sit annexa, in quo casu concedimus, ut qui talem habeat præbendam, vel dignitatem, cùm oporteat eum in majori Ecclesiâ deservire, in ipsa parochiali Ecclesiâ idoneum, & perpetuum studeat habere [g] vicarium canonicè institutum, qui ut prædictum est, habeat de ipsius Ecclesiæ proventus portionem; alioquin illa se sciat auctoritate hujus decreti (h) privatum, libere alii conferendâ, qui velit, & possit quod prædictum est adimplere. Illud autem penitus interdiximus, ne quis in fraudem de proventus Ecclesiæ, quæ curam debet habere proprii sacerdotis, alii pensionem quasi pro (i) beneficio conferre præsumat.

NOTÆ.

1. (a) *Eodem.*] Concilio Lateran. videlicet, cap. 32. ubi reperiuntur hæc verba, & in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 6.

(b) *Persona.*] Monachi videlicet, de quibus in cap. 3. de suppl. cap. avaritia. cap. de monachis, hoc titulo.

(c) *Proventus.*] Cùm nihil in illis præter antiquos, & moderatos redditus à locorum Episcopis institutos exigere debeant; cap. præterea, 32. de iure patron. & si ipsi patroni vergant ad inopiam, moderatè ab Ecclesiâ illis succurritur, cap. quicumque 30. 16. quæst. 7. cap. nobis, de iure patron. ubi dicemus.

(d) *Presbyteris.*] Id est, Parochis, seu Rectoribus, cap. decernimus 16. quæst. 7.

(e) *Parochiales.*] An etiam presbyteris beneficia simplicia habentibus congrua sustentatio debeat, disputat Barbosa voto 108.

(f) *Seipsum.*] Juxta tradita in cap. quia nonnulli, de cleric. non resid.

2. (g) *Vicarium.*] Ut in can. 12. Concilii Emerit. ubi post verba, quæ retuli supra in cap. de multa 28. hæc leguntur: Presbyter alius instituatur, qui sanctum officium peragat, & discretione presbyteri vinctus & vestitus rationabiliter illi ministretur, ut non egeat: aut si quaesierit qui ordinatur, stipendium à suo presbytero accipiat, quantum dignitas officii eum habere expectat. Clericis verò, vel quos ad servendum ei dederit, per discretionis modum, quæ necessaria sunt, ministræ. Probat Joand. Dartis de benefic. sect. 5. cap. 3. de qua portione huic vicario præstanda agit Valenzuela consil. 54.

(h) *Privatum.*] Ut jam exposui in d. cap. quia nonnulli.

(i) *Pro beneficio.*] Scindendo ita beneficium, contra adducta supra in cap. majorib. cap. nisi essent, hoc tit.

COMMENTARIUM.

Parochis debent patroni præstare ex fructibus ipsarum Ecclesiarum saltem congruam portionem, ut illis de necessariis sufficienter sit provilum, cap. postulasti, de rescriptis, cap. ad hæc, de offic. Vicarij, cap. pervenit, de appellat. Innocentius III. lib. 3. registr. 13. epist. 86. ibi: Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod patroni parochialium Ecclesiarum tua diocesis, tantum de proventus sibi retinent earundem: quod sacerdotes ministrantes in eis, non possunt de residuo sustentari; propter quod nonnulla remanent partibus destituta, eo quod non sunt, qui curam velint recipere earundem. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus patronos Ecclesiarum ipsarum, ut de illarum proventus sacerdotibus in eisdem ministrantibus congruam portionem assignent, moneas, & inducas: ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remotâ compescens; cùm non ad opus patronorum, sed ad opus potius servientium in eisdem fuerint Ecclesiarum redditus deputati. Cujus doctrinæ rationem reddit Rota apud Farinacium in posthumis part. 1. in una Pacensi, decis. 420. numer. 5. his verbis: Congrua debetur parochis, ut alias intenti ad querendum sibi vicium, deserant curam animarum, vel alias ipsi ob nimiam egestatem in illa exercenda committunt, quæ commode non debent, sive ne etiam ob prædictæ egestatem sint ludibrio ipsis parochianis, quos coercere debent, & à quibus debent revereri: & proinde cùm ista non concernant esse

esse ipsius parochi, sed ordinis parochorum, & cura animarum, consensu parochi tacite elicitur ex acceptatione tenuis beneficii, in nulla debet haberi consideratione, cum alias nec expressus suffragetur ad prædictum effectum. Quæ tamen

dicatur congrua parochi sustentatio, & quibus fructibus certis, vel incertis constare debeat, latè exponit Hurtado tom. 1. de congrua sustentatione, lib. 2. resol. 1. qui in hac parte omnino videndus est.

CAPVT XXXI.

Idem in eodem (a) Constit. LXI.

IN Lateran. (b) Concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares Ecclesias, seu decimas sine consensu Episcoporum de manu præsumant accipere laici; nec excommunicatos, vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad divina. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores dignâ curavimus animadversione punire; statuentes nihilominus, quatenus in Ecclesiis, quæ ad ipsos pleno jure non pertinent, juxta ejusdem statuta Concilii, Episcopis instituendos presbyteros repræsentent, ut illis de plebis cura respondeant, ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem; institutos verò remove non audeant inconsultis Episcopis. Sanè adjicimus, ut illos repræsentare procurent, quos vel conversatio reddit notos, vel commendat probabile testimonium Prælatorum,

NOTÆ.

(a) *Edm.*] Cap. 61. ubi reperitur hic textus, & *m. 4. collect. sub hoc tit. cap. 7.*

(b) *Lateranen.*] Celebrato sub Alexandro III.

ubi cap. 9. reperitur verba quæ sequuntur, usque ad illa, *ne autem*; & extant in cap. cum *Et plantare, de privil. ubiæ* exponemus.

(c) *Nos autem.*] Præsentis constitutionis commentarium dabimus in cap. 1. de *capell. monach.*

CAPVT XXXII.

Honorius III. *Abbati & Priori (a) S. Genovesæ.*

LIcèt vobis direxerimus scripta nostra, ut dil. fil. Magistro Rico Ebroicensi Archid. in sacrapagina cupienti studere, proventus suos ecclesiasticos faceretis integrè ministrari; non tamen volumus, nec nostræ intentionis existit, ut quotidianas illas (b) retributiones, quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & iis, qui horis intersunt canonicis exhibentur, ei tribui faciatis.

NOTÆ.

(a) *Genovesæ.*] Ita etiam legitur in quinta compilatione Honorii III. *sub hoc tit. cap. 1.* De monasterio hoc sanctæ Genovesæ plura adduxi in cap. P. & G. de offic. deleg.

(b) *Retributiones.*] De quibus latè egi in cap. de *retr. de cleric. non resid.*

Concilium Colonienſe cap. 7. Concilium Palentinum cap. 20. anno 1322. celebratum: Statuimus, quod volentes studio litterarum insistere, pro tempore quo insisterent, idem fructum beneficiorum suorum usque ad triennium percipiant, aut etiam majori tempore, si hoc Prælati, & sui Capituli expediens videatur. Eugenius IV. in bulla quæ vulgò *Eugeniana* dicitur, concessa nostræ Salmantianæ Academiæ anno 1431. Pius IV. in bulla ab eo expedita anno 1564. & Trident. Concilium tandem *sess. 5. de reform. cap. 1. in fine, & sess. 6. cap. 1. & sess. 25. cap. 1.* & jure civili probatur per argumentum ex textu in *l. questum 78. ff. de legat. 3. l. sed reprobi. 7. aliàs l. si duo 6. §. legatum 12. de excusat. int. l. Seta 20. §. Pamphila, de fundo instructo, l. cum heres, §. 2. ff. de statutis, l. quidquid 5. C. de advocat. dverfor. judic. textus celebris in *authent. habita, C. ne filius pro patre.* De jure Regio consonat textus in *l. 6. & in l. ult. tit. 16. part. 1.* Illustrant præter ordinarios hic, *Duarenus de sacris elect. lib. 4. cap. 2. Horatius Lazus de privil. schol. privil. 99. & 100. Cujac. ad Scævolum in l. Seta, §. Pamphila, de fund.**

COMMENTARIUM.

EX hac decretali sequens deducitur communiter disputanda assertio: Absens studioſam causâ fructus beneficii percipit, non quotidianas distributiones. Quam conclusionem probant textus in cap. *relatum 4. cap. inter quatuor 10. cap. 12. de cleric. non resid. cap. super specula, final. de Magistris, cap. consultationibus 10. de offic. deleg. cap. 1. de clericis non resid. lib. 6. licet 14. cap. cum ex eo 34. de elect. in 6. cap. 2. de privileg. c. 1. de clericis, vel monachi, eod. lib. Clement. unica, §. ceterum, de statu monach. cap. de quibusdam 37. dist. Concilium Mogunt. cap. 65.*

fund. instructo, Gonzalez ad regulam 8. Cancellariae, §. 7. num. 174. Covar. lib. 3. variar. cap. 13. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. Rebuffus in tract. congrua pensionis. Moneta de distribut. quotidiana, p. 1. q. 6. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. & alii relati à Barbosa in praesenti, & in collect. ad Concl. Trident. sess. 5. & de Canonici cap. 27. num. 46. & de potest. Episcop. alleg. 56. num. 18. quibus addendi sunt Petrus Gregorius de rescript. cap. 24. num. 10. Trullench. in exposit. Decretal. lib. 1. cap. 8. Machado in suo perfecto Confessor. lib. 2. p. 4. tit. 4. documento 9. Didacus Petez ad l. 1. tit. 10. lib. 1. ordinamenti. Lessius de iustitia & iure cap. 34. dubit. 29. Salgado de protect. Regia, 2. p. cap. 15. Solorzanus de iure Indiarum, tom. 2. lib. 3. cap. 14. Scortia in select. constit. Pontif. theorem. 208. epit. 85. Bonacina & alii Moralista apud Hieronymum Garciam in summa tract. 2. difficult. 9. dub. 1. 3. & 8. puncti. penult. Tondutus resol. canonici. cap. 102. Fragofo tom. 2. de reg. lib. 10. diffut. 23. §. 2. Frances in Pastoral. voto 11. Mendo de iure academ. lib. 2. q. 23. Tapia tom. 1. catena. mor. lib. 6. q. 5. art. 11. Barbosa lib. 3. voto 89.

3
Traditur
dubitandi
ratio.

Sed praesens assertio difficilis valde redditur sequenti juris consideratione & nam certum utriusque juris principium est, beneficium Principis latissimè esse interpretandum, cap. si quem, §. praevaricator 2. q. 3. cap. frater 16. q. 1. cap. 1. de auctorit. & usu pal. cap. cum dilecti, de donat. l. penult. ff. de constit. Princip. Igitur privilegium Archidiacono concessum in praesenti specie non solum de fructibus praebendae, verum & de distributionibus est accipiendum. Augetur primò hæc dubitandi ratio ex eo, quia privilegium hoc, ut inute, atque supervacaneum esset, de distributionibus debebat accipi: nam iure communitamento, absque aliquo speciali rescripto studentes in studio generali luctantur fructus suorum beneficiorum, cap. 4. cap. tua 12. de cleric. non resid. cap. final. de Magistris: ergo si superfluum videretur rescriptum ab Archidiacono in praesenti impetratum, ad distributiones quotidianas erat protrahendum. Augetur secundò hæc difficultas ex eo, quia quod potest fieri consuetudine, potest concedi privilegio, ut saepius in hoc opere probavi, & illustrat Tuschus tom. 2. lib. C. conclus. 808. sed consuetudine introduci potest, ut studentes in aliquo studio generaliteriam distributiones lucrentur, ut probant Covar. lib. 3. variar. cap. 13. Queda de incompatib. cap. 17. num. 17. Moneta 2. p. de distribut. q. 12. Igitur & in praesenti privilegio concedi poterat ut Archidiaconus distributiones quotidianas perciperet tempore studiorum.

4
Adducitur
ratio deci-
dendi.

Qua dubitandi ratione non obstantè vera est praesens decisio, cujus ratio, quoad priorem partem, provenit ex necessitate, atque utilitate studiorum; præterquam enim quod litterarum studia necessaria sunt ad veram, orthodoxamque fidem agnoscendam, atque defendendam, ut legitur cap. 13. Sapient. Non cognoscentes quis esset omnium artifex, sed aut ignem, aut aërem, aut aquam, aut solem rectores orbis terrarum putarunt; etiam valde utilia sunt, ut vitia vitentur; quare Rex sapiens stabilimentum populi dicitur, cap. 6. Eccles. & lites dirimantur, paxque conferretur. Unde Julianus Apostata constituit in l. 5. C. Theodos. de Professorib. & Medicis, decretum ordinum curialium à se approbandum

esse, ut hoc modo nullus Christianorum admitteretur Magister studiorum, & hoc quoque modo idololatria excresetet; quod cum palam jubere erubesceret, hac fraude fieri curavit, quousque functione sua id decrevit, quæ extat inter epistolas ejusdem Juliani Apostatae, epistola 42. Amm. Marcel. lib. 22. Illud autem, ait, inclementis, obremendis perenni silentio, quod arcebat docere Magistros Rhetoricos, & Grammaticos, rursus Christiani cultores. Et infra: Erat inclementis, quod docere vetuit Magistros Rhetoricos, & Grammaticos Christianos, ne transirent à numerum cultu. Tandem adè infensus, Christianisque invidus fuit, ut eos litteras humaniores, & Philosophiam addiscere vetuisset. Theodoretus lib. 3. cap. 8. Socrates lib. 3. cap. 10. Rufinus lib. 1. cap. 32. D. Gregorius Nazianz. orat. 1. in Julian. D. Ambrosius ad Imper. Valentin. cap. 30. D. Augustinus lib. 8. confess. c. 3. D. Chrylóstomus homil. 40. in juvenumum Maximum. Verum dicta lex, abrogata est per Valentinianum in l. 6. eodem titulo & Codice. Duarenus lib. 4. de sacris Eccles. cap. 2. Immo & impius ille Imperatorem in Christianos invehi solebat his verbis: Propriis penis confisimur, ex nostris enim libris arma capimur, quibus in bello adversus nos utantur. Unde ad alliciendos animos ad studia litterarum, quæ multis constant laboribus, ut aëbat Eumenius in orat. pro instauratione studii Augustod. non solum magna præmia Professoribus concessa fuerunt, quod esse specimen florentis Reipublicæ ajunt Simanchas lib. 1. epist. 73. Cassiodorus lib. 9. epist. 21. & lib. 2. epist. 16. verum & magna privilegia illis concessa fuerunt. Jure communit militibus, atque absentibus Reipublicæ causâ exquantur, l. si duos 6. §. legum, ff. de excusat. tut. l. quasium 78. ff. de legat. 3. ubi glossa marginalis, l. Seja 20. §. Pamphila, ff. de fund. instructo, l. aut Praetor 23. l. nec non 28. ff. ex quibus causis major, l. quidquid, C. de advocat. divers. jud. plura congeserunt post Rebuffum in authentica Habita, C. ne filius pro patre, D. Mathias Guerra de litteris, & armis, Amaya ad titul. C. de professor. lib. 10. Solorzanus in memor. de jur. honor. & tom. 2. lib. 2. cap. 25. num. 109. quæ omnia etiam in laicis etiam commendatur, quanto magis in sacerdotibus, in quibus litterarum scientia præcipue desideratur, ut ait Pontifex in cap. si in laicis, 38. dist. unde clericos ignaros veniã dignos non esse, constat ex cap. 4. Osee, vers. 6. relato in cap. omnes. 38. dist. cap. nisi 11. de renunc. ibi: Quia in scientiam repulsi, ego te repellam, ne sacerdotio sanguis mihi. Et apud Malachiam relatum in cap. si Rector, 43. dist. legitur, quod labia sacerdotum custodiunt scientiam. Et Ecclesie Patres saepius monent sacerdotes, ut ignorantiam veluti pestem quandam, & matrem omnium malorum à se abjiciant, cap. ideo 15. 37. dist. cap. ignorantia, 38. dist. Illustrant Duarenus lib. 4. de sacris, cap. 2. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 28. etiam probavi in cap. 7. de aetate & qualitat. quare ut facilis ipsi possint studii operam dare, statutum fuit, ut licet alii non residentes in propriis beneficiis, fructus non percipiant, immò & ipsis beneficiis priventur, cap. 2. ubi late probavi, de cleric. non resid. tamen absentes studiorum causâ nec privantur beneficiis, nec eorum proventus amittunt, ut ita liberè possint studiis operam dare; quod procedit in studentibus, per quinquennium; in docentibus, in perpe-

perpetuum, ut tenent relati à Barbosa dicto voto 89. num. 45. Garcia de benef. 3. p. cap. 2. num. 105. Escobar. de utroque foro tract. de honoris canonice. q. 5. §. 2. num. 197. Apud Gallos si juvenes student Theologia, aut sacris Canonibus in aliqua Universitate, percipiunt fructus suarum præbendarum modo finito studio, vel ante non renuntiant clero; quippe si renunciaverint, restituant percepta, quia non videntur habere animum ab initio interveniendi cultui divino, ut ex Maynardo lib. 1. q. 9. quasi 8. docet Roussel. lib. 4. hist. cap. 5. num. 7. Et licet apud Interpretes dubium sit, an privilegium ab Eugenio IV. concessum Academiæ nostræ Salmanticensi, derogatum sit per Concilium Tridentinum sess. 6. de reform. cap. 2. & sess. 23. cap. 1. & derogatum esse, ita ut beneficia parochialia possidentes nec virtute Eugenianæ excusari possint à residendo, docuerint Gonzalez, Riccius; & Henriquez congesti à Barbosa dicta allegat. 53. num. 77. & alleg. 56. num. 3. & in summa Apostolicæ, verbo Parochus, Hieronymus Garcia in summa tract. 2. disput. 9. num. 27. Castro Palao tom. 2. operis mor. tract. de oratione, disput. 3. punct. 3. §. 9. num. 8. contrarium tamen rectius defendunt Garcia de benef. 3. p. cap. 2. num. 68. Cardo in praxi, verbo Studium, Gomez in exposit. bullæ, cap. 7. ad 4. class. num. 30. Barbosa cum aliis in not. ad Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 1. num. 78. & ita sæpius practitari vidi in eadem florentissima Academia. Unde apparet rectè in præsentem Honorium decrevisse Archidiaconum studiis operam dantem fructus suæ præbendæ percipere debere; sed quia ad distributiones quotidianas lucrandas, non solum necesse est residere, verum etiam horis canonicis interesse, cap. uno, ac cleric. non resid. lib. 8. probavi latè in cap. de cetero, eodem titulo; idè licet Archidiaconus studiis vacans haberetur pro residente quoad fructus lucrandos, non tamen pro interistente divinis officiis, ut distributiones percipiat: quod procedit nisi fructus præbendæ in distributionibus consistant; nam tunc absentes studiorum causâ eas lucrantur, cum aliâ inuile esset hoc privilegium. Solozano tom. 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 14. num. 23.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam licet verum sit, Principis privilegium ample esse interpretandum; id tamen non procedit; quando tertio præjudicium irrogatur, ut in præsentem casu eveniebat: nam cum in eo distributiones quotidianæ acquirantur; vel canonicis, vel Ecclesiæ, juxta distinctionem, quam tradunt Moneta de distribut. p. 3. q. 6. per tot. Escobar de hor. canonice, q. 5. §. 2. n. 995. inde provenit, ut rescriptum impetratum quoad fructus lucrandos tempore studiorum, non protrahatur ad distributiones quotidianas. Nec obstat augmentum præmii difficultatis, ubi dicebamus; rescriptum in præsentem superflue impetrari; nam licet ex dict. cap. relatum, cap. 12. de cleric. non resid. beneficiarii absentes studiorum causâ fructus integrè percipiant, tamen Archidiaconus; de quo hic, impetravit rescriptum, ut non inquietaretur, & cognosceretur ipsum studiorum causâ ab Ecclesiâ abesse. Nec aliud augmentum difficultatis obstat, cuius solutio pendet ex solutione illius difficilis questionis; utrum videlicet consuetudine introduci possit, ut distributiones absentes ex

justa causa percipiant, quam examinavi in dicto cap. de cetero, de rescripto.

Sed supra traditæ assertioni opponitur textus in cap. cum de diversis 2. de privileg. lib. 6. ubi cum agatur de studente in schola Romana, & an faciat suos proventus propriæ præbendæ, respondet Innocentius IV. quod studentes jus divinum; vel humanum; hoc est canonicum; vel civile in scholis ipsi; ubi generale proficetur studium, recipiant integrè proventus sui beneficii, sicut qui in Ecclesiis existunt. Ex quo Innocentii responsò duæ adversus Honorium III. in præsentem insurgunt difficultates. Prima; quod absentes causâ studiorum integrè percipiunt redditus, sicut alii in Ecclesiis residentes: Ergo non rectè Honorius III. assignavit distributiones quotidianas non lucrati absentem studiorum causâ. Secunda, & præcipua difficultas nascitur ex eo; nam clerici ex præsentis textus sententiâ tunc percipiunt fructus, quoad sacra paginæ studio operam dant; immò & jus civile publicè audire clericis prohibitum est; cap. non magnopere; cap. super specula; & clericis vel monachis, cap. super specula, de magistr. ubi dicemus: Ergo non rectè in eo textu docet Pontifex studentes tam jus divinum, quam humanum, integrè proventus sui beneficii percipere. Primæ difficultati ut satisfaciat Glossa ibi, verbo integrè; varia adducit: sed illis ommissis dicendum est, per verba integros fructus, intelligi proventus deductis distributionibus quotidianis, ut in præsentem textum etiam dicitur integrè fructus accipere; et si distributiones non lucratur. Etiam non improprie Innocentius referri potest ad casum, in quo omnes fructus præbendæ constarent ex distributionibus quotidianis; tunc enim absens studiorum causâ eos percipit; ex probabiliori sententiâ, quam tenent Garcia de benef. 3. pag. cap. 2. num. 113. Moneta d. 2. p. cap. 10. Pro secundæ difficultatis solutione examinandum venit, utrum clerici leges audientes; seu docentes; eo privilegio fruuntur percipiendi fructus; ut fruuntur jus canonicum proficentes: Et affirmativa sententiâ, quam defendunt Barbosa lib. 3. voto 88. Garcia de benef. ubi supra, Suarez. de censur. disput. 23. sect. 3. expressè probatur ex prædicta Bulla Eugenii IV. in illis verbis: *In qualibet facultate licet, & honesta.* Ex quibus deducitur, non solum sacre Theologiæ Professores; verùm & juris Canonici; aut Casarei; discipulos, vel docentes; posse fructus sui beneficii percipere. Nec hac sententiâ timentè obstat textus in dicto cap. non magnopere; nam in eo non agitur de clericis; sed de monachis; qui non possunt leges, sive physicam docere, l. 28. tit. 7. partit. 1. ibi: *Physica in levis no cubo por bien santa Iglesia; que aprendiese ningun home de religion.* Nec textus in dicto cap. super specula; contrarium probat; nam ommissis traditis ab Archidiacono in cap. de quibusdam; 37. dist. & à Gorhoffredo & aliis, quos refellit; refellendus est ipse; & Durandus ubi supra, qui nimis impudenter Honorium nostrum reprehendit. Verius dicendum est; Honorium III. statuisse in d. cap. super specula; ut clerici aliis studerent; speciali ratione; ut sacra Theologiæ studium ampliaret; quare etiam statuit; ne jus civile publicè Parisiis legeretur; in cap. super specula; de Magistris; ubi extat alia pars ipsius constitutionis;

6.
Exponitur
& an faciat suos proventus propriæ præbendæ, Cap. cum diversis 2. de privileg. lib. 6.

tionis: docet Citonius in notis ad ipsum textum, in 5. compil.

Secundo opponi potest textus in cap. olim 16. de verb. sign. ubi Innocentius III. cum iussisset cuidam Magistro certæ Universitatis præbendam assignare, Patriarcha Gradenis ipsum consuluit, an deberet assignari dignitas, quæ tantum residentibus dari poterat; & an proventus omnes, tanquam residens ipse Magister percipere deberet? Et respondet Innocentius, quod cum beneficii Principis largissime sit interpretandum, prædicto Magistro præbendam etiam quoad ea, quæ tantum residentibus in victu, & vestitu præstari solent, conferre faciat sicut uni ex residentibus: quem textum ita expendo. En ubi rescriptum fuit impetratum, ut in præsentis specie; & nihilominus extenditur ad ea, quæ tantum residentibus assignata sunt. Igitur non rectè Honorius III. in præsentis affirmat Archidiaconum virtute rescripti impetrati non posse distributiones quotidianas percipere. Agnovit difficultatem Barbosa in collect. ad illum textum, num. 5. qui ait idem in ea specie rescriptum extendi ad distributiones, quia non continebat privilegium, sed potius mandatum de conferenda præbenda; quod mandatum cum consonum sit juri communi, idem ad distributiones etiam extenditur. Sed refellitur facile hæc solutio ex eo, quia hujusmodi mandatum tanquam ambitiosum restringendum esse, probat disertus textus in cap. quamvis 4. de præbend. in 6. quare hac solutione omisâ, verius dicendum credo, in eo textu ideo Magistrum distributiones etiam quotidianas percipere, quia certi fructus præbendæ assignati non erant, immò omnes ejus proventus ex distributionibus constabant: quare juxta Garciam ubi supra num. 113. eo casu absens studiorum causâ distributiones etiam quotidianas lucratur.

Tertio opponi potest textus in cap. final. de Adducitur Cap. final. de Magistr. ubi agit noster Honorius de interpretatione Concilii Generalis relati in cap. 4. eod. tit. & statuit, studentes sacre Theologiæ in studio, generali, per quinque annos percipere de licentia Sedis Apost. integrè fructus suæ præbendæ, nullo denario dempto, eâ ratione expressâ, quia operantes in vinea Domini non debent nec uno denario fraudari: Ex qua Honorii constitutione duplex nascitur difficultas. Prima ex eo, quod integrè, nullo denario dem-

pro jubet absentem studiorum causâ omnes proventus præbendæ lucrari: igitur non rectè in præsentis asseritur, distributiones quotidianas ipsum non percipere. Secunda provenit ex eo, quod Honorius exigit licentiam Sedis Apostolica ad hoc, ut absens studiorum causâ fructus præbendæ percipiat; cum in præsentis conditio non exprimitur, immò & in cap. relatum, de clericis non resid. docetur sufficere licentiam superioris. Prima difficultati ut satisfaciamus, dicendum est, in eo textu adverbium integrè, referri ad fructus, & proventus præbendæ, ut in præsentis textu, non verò eâ dictione comprehendere distributiones quotidianas, cum appellatione fructuum non veniant, & in eis diversa ratio militet, ut probavi in dicto cap. de cetero, de clericis non resid. Difficilior est secunda pars ipsius textus; quare aliqui eâ oppressi existimant, textum in dict. cap. relatum, correctum esse per textum in dicto cap. final. ita tulerunt Garcia ubi supra, Navarrus in manua. li, cap. 25. Basilius Legion, de matrim. lib. 8. cap. 12. sed cum non facile correctio in jure admittenda sit, dici potest, quod licet ut absens studiorum causâ percipiat fructus sui beneficii, sufficiat superioris licentia, dict. cap. relatum; ad hoc tamen ut Canonicus abesse possit absque eo quod præbendam amittat, desiderari Pontificis licentiam. Quid tamen hodie post Tridentinum observetur, explicat Barbosa in dict. cap. relatum, num. 6.

Tandem supra traditis obstat textus in cap. ultimo, de rescript. in 6. ubi Bonifacius VIII. revocavit indulgentiam clericis studiorum causâ absentibus concessam; & statuit ipsos fructus beneficiorum percipere non debere, quia studiorum causâ vagandi parabatur occasio, atque divinus cultus minuebatur, qui augeri potius debet: Ergo non rectè in præsentis asserimus, absentem studiorum causâ integrè fructus sui beneficii percipere. Cui difficultati respondendum est, Bonifacium in eo textu tantum revocasse indulgentias per ambitiosam potentiam importunitatem impetratas, ut perpetuò clerici studiorum causâ à propriis Ecclesiis abessent, quam quidem perpetuam concessionem merito ex supra relatis causis abrogavit Bonifacius, ut docuerunt Petrus Gregorius de benef. cap. 7. Barbosa in collect. ad ipsum textum.

Exponitur
Cap. ult. de
rescriptis in
6.

CAPVT XXXIII.

Honorius III. Episcopo (a) Vesprinen.

EXposuisti nobis in præsentia constitutus, quod Ecclesiæ tuæ Canonici diminuta ipsorum provisione à tempore Concilii generalis, cum eis ex tunc non fuerint ad eorum sustentationem (b) concessæ Capellæ, sicut antea fieri consuevit, de redditibus præbendarum suarum, cum nimium sint exiles, nequeunt sustentari; propter quod plures ipsorum eadem relicta Ecclesia, in ejusdem, & clericatus coguntur opprobrium aliorum se obsequiis mancipare. Unde humiliter supplicasti, ut de Capellis eisdem provisionem eorundem de nostra permissione tibi ampliare liceret. Quia verò per hoc statutis derogaretur ejusdem Concilii, quæ servari volumus inconcusse te in hac parte nequivimus exaudire. Verum illorum paupertati paterno compatientes affectu, & tibi etiam prout exposcit devotionis tuæ meritum, gratiam facere cupientes,

pientes, s. t. de quâ plenâ fiduciam obtinemus, præsentium auctoritate mandamus, ut si evidens (c) necessitas, vel utilitas exigat, præbendas possis ejusdem Ecclesiæ de Capellis in perpetuum annexendis eisdem, sicut discretione prævia expedire videris, augmentare, reservata congrua singularum Capellarum presbyteris portione.

NOTÆ.

- (a) *V. Effic. in.*] Ita legitur in quinta compilatione Honorii III. *sub hoc tit. cap. 3.* Vespertiniensis diocesis est in Hungaria, suffraganea Archiepiscopi Strigoniensis, ut jam notavi in cap. 19. *de prescript.*
- (b) *Concessa.*] In perpetuum videlicet annexa, cum rectè uniri possint, congruâ portione, vicario constituta, cap. *postulasti, de rescript.*

cap. 3. *de offic. Vicar. cap. pervenit 29. de appel. cap. 6. de præbend. in 6.* Trident. *sess. 24. de reformation. cap. 15.* Illustrant Azor 2. tom. *lib. 6. cap. 28.* Garcia *de benefic. p. 12. cap. 1. per totum.* Solorzano 2. tom. *de jure Indiarum, lib. 3. cap. 14. num. 5.*

(c) *Necessitas, & utilitas.*] Quæ præstant justam causam unioni, ut docet Barbola *lib. 3. juris Eccles. cap. 16. §. 2.* & dicemus in cap. *sicut unire, de excess. Pralat.*

CAPVT XXXIV.

Episcopo, Priori, & Archidiacono (a) Macloviensi.

Dilectus f. G. pauper clericus in nostra proposuit præsentia constitutus, quod cum Decano, & Capitulo Ecclesiæ Beati Martini Andegaven, preces (b) direxerimus, & præcepta, ut ipsum quamcito se facultas offeret, in Canonicum reciperent, & in fratrem, vobis super hoc executoribus sibi datis: vacantibus interim duabus in Ecclesiâ præfata præbendis, dictus clericus ut mandatum nostrum exequeremini, circa ipsum, à vobis cum instantia postulavit: sed quia ipsorum Decani & Capituli procurator excipiendo proposuit nostras super hoc litteras non valere, eo quod in eis mentio non fiebat, quod præfatus Decanus ex donatione (c) Regis præbendarum ejusdem Ecclesiæ collationem haberet, vos mandati nostri executores non esse interloquendo dixistis, & sic illæ duæ præbendæ, quæ medio tempore vacuerunt, alii sunt collatæ, & dictus clericus occasione hujusmodi, quam vos malitiosè recepisse videmini, remansit hæctenus sine provisione frustratus: propter quod idem nostram audientiam appellavit, appellationi cujus dicimini derulisse. Nolentes igitur ut sæpeditus clericus frustratus à vobis, litterarum nostrarum commodo ulterius suspendatur, vobis firmiter mandamus, quatenus ratione hujusmodi, quam reputamus frivolum, non obstantè, mandatum nostrum ad vos pro ipso directum taliter sine difficultate qualibet exequamini, quod ipse propter hoc ad nos ulterius non recurrat, nec vos possitis de inobedientia reprehendi, quæ idololatriæ comparatur.

NOTÆ.

- (a) *Macloviens.*] Ita restituendam esse hanc inscriptionem notarunt Cujacius, & Cironius in præsentis. Macloviensis civitas, seu Macloviopolis, est in Gallia, prope Andegavensem, fere Oceano cincta, sancto Vincentio consecrata, ut tradit Chenu in serie Præfulum ipsius Ecclesiæ. Hic Episcopatus olim Aletensis dicebatur, translata autem fuit Sedes Episcopalis in civitatem Maclovium, quæ à sancto Maclovio ita nomen accepit, anno 1140. à Joanne Grilleo, qui ex Abbate Begardeni, Ordinis Cisterciensis, Episcopus Aletensis factus fuerat, ut referunt Cironius in præsentis, Carolus à sancto Paulo in *geograph. sacra. fol. 150.*
- (b) *Preces, & præceptoris.*] De his litteris monitoriis, præceptoris, & executoris, quantum omnium hic mentio fit, regi in cap. *ex litteris, de rescript.*
- (c) *Ex donatione Regis.*] Quo tamen jure Re-

ges Gallie conferrent præbendas hujus Ecclesiæ, non satis liquet, præcipue cum jus commune resistat, & cautum sit laicis, nullam competere de rebus Ecclesiasticis disponendi facultatem, ut præbavi in cap. *Ecclesia, de constit. & dicemus in cap. 2. de rebus Eccles.* Cui difficultati ut aliqui satisfaciunt, relati ab Arnulpho Ruseo in tract. *de Regalibus, opinione 4.* affirmant, præscriptione jus conferendi beneficia Regibus Gallie competere. Quæ solutio facile refellitur, siquidem præscriptio non tollit incapacitatem laicorum circa Ecclesiasticas res administrandas, cap. *causam 7. de prescript.* & talis præscriptio injusta omnino esset, cap. *clerici de judicio:* nec magis felicitet Joan. Andreas, & Monachus in cap. *licet, de præbend. in 6.* dum docent Regibus Gallie beneficia conferre posse propter factam unctionem, quam suscipiunt dum coronantur, juxta formam præscriptam in cap. 1. §. *unde in veteri, de sacra unctione.* Sed hæc unctio non tribuit aliquam capacitatem laicis circa ecclesi-

fiaticas res administrandas: & licet alii laici unctionem recipiant tempore baptisimi, & similiter omnes Reges ungi possint, juxta ea quae adduxi in *dist. cap. unico, de sacra unctione*, non tamen idem in aliquo gradu clericali constituuntur, sed laici manent, *cap. clericos, 21. dist. cap. si quis demceps 16. q. 7.* His ergo omittis sententiis, verius dicendum est, iure Regaliae, & Patronatus praebendas, & beneficia, de quibus in praesenti, conferre potuisse, cum enim illis temporibus intra jura Regalia Rex Francorum custodiam vacantium Ecclesiarum, & per consequens collationem praebendarum interim vacantium haberet, ut constat ex testamento Philippi Augusti apud Rigordum, ibi: *Præterea præcipimus, quod si praebenda, vel beneficium aliquod Ecclesiasticum vacaverit, quando Regalia in manu nostra venient, secundum quod melius, & honestius poterint Regina, & Archiepiscopus, viri honesti, & literatis consilio fratris Bernardi conferant; salvis tamen donationibus nostris, quas per litteras nostras patentes quibusdam facimus.* Hoc jus non abnuit D. Ludovicus consuetudine nixus, Willelmus Nangis de gestis sancti Ludovici, ibi: *Sanctus in beneficiis Ecclesiasticis conferendis, quae ad patronatum, sive donationem ipsius pertinebant, Deum semper pra oculis habebat, & electis & probatis personis, ea quantum poterat, conferebat, præcipue autem in Ecclesiis Cathedralibus, ubi Sede vacante ratione custodia Regalium, ex consuetudine pertinebat ad eum collatio praebendarum, quas personas inquiri & eligi faciebat per Cancellarium Parisiensem, & alios viros bonos.* Idemque jus consuetudine partum agnovit Innocentius III. rescripto ad Philippum Augustum, *tom. 2. libr. Gall. tit. 26. num. 5.* in quo jus collationis praebendarum vacante Laudunensi Ecclesia, dicitur pertinere ad Regem, secundum antiquam, & approbatam consuetudinem. Libertatem collationis Regiae praebendarum Sede vacante usi cepit Trecentis Ecclesia, addito Philippi Augusti diplomate, apud Camuzatium: *Præterea de donatione praebendarum, quae vacarunt in Ecclesia B. Petri Trecentis vacante Sede illa, quia non inveniebamus aliquem qui vidisset, quod non eas dedisset, aut quod genitor noster pia recordationis Rex Ludovicus, ipsas tempore vacantis Sedis vacantes dedisset, & quia etiam ex assertionibus plurimum audivimus, quod praebenda, Archidiaconatus, & alia beneficia tempore illo vacantia futuro reservarentur Episcopo Trecentis ad conferendum quibus vellet, concedimus dilecto nostro Hervoe Trecentis Episcopo, ut ea conferat, & donationem illorum habeat, tam ipse, quam successores ejus Episcopi Trecentis.* Quae verba sic se habent in catalog Trecentis Episcoporum. Latè jus hoc Regum Galliae fundant, immò & aliquorum Ducum & Comitum, P. Marcha *lib. 8. concord. cap. 18. cum sequentibus*, Alteserra *de Ducibus cap. 8.* Philippus Probus *q. 49. per cor. Petrus Gregorius lib. 15. synagm. cap. 12.* Robertus *lib. 3. rer. judic. cap. 1.* Cho-

pinus *de dominio lib. 2. tit. 9. & de sacra pol. lib. 1. tit. 3. num. 7.* Solorzanus *tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 28.* Idem jus Regaliae viguisse in Anglia latè constat in *cap. 6. de jure patron. in 1. collect.* Regibus etiam Francorum competere jus conferendi primò vacantiam praebendam in singulis Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, probat Alteserra *de Ducibus cap. 9.* Alio quam Regalium nomine, nempe jure patronatus, plerumque ad Principes laetiales pertinet plenum jus conferendi dignitates, praebendas, & alia beneficia, *cap. cum inter, de consuet. cap. dilecto, de testibus, cap. final. de concess. praebend. junctis traditis à Petro Gregorio lib. 1. part. tit. 28. cap. 11.* Ex quo iure etiam olim donatio praebendarum Andegavorum spectabat ad Regem Galliae, cum Ecclesia ipsa Cathedralis à Carolo Magno constructa fuisset, nec tennis census dote cur ulita, ut constat ex ipsa charta foundationis, quam refert Chopius *lib. 2. de sacra pol. tit. 3.* in hac verba: *Carolus, &c. Mauriolus Episcopus Andegavorum civitatis, qui monasterio sancti Stephani, quod est sub urbe ipsius civitatis, prope murum constructum, praesit, nobis suggestit, ut quod antecessores Reges ipsi Mauriolo ad ipsius lumen Ecclesiae sancti Maurini concesserunt, & nos modo per mercedis nostri, & augmentum tale beneficium ei concedere deberemus, ut in locella illa ipsius monasterii, in quibuscunque pagis, vel territoriis liber, ea videatur habere, nullus iudex publicus, nec ad causas audendum, nec ad infrandas, nec freda exigendum, nec hostilitates, nec mansiones, aut paratas faciendas, nec ulla redhibitiones requirendum, nec qua sicut à longo tempore fuit consuetudo, exaltandum pro nostro augmento sub divinitatis nomine in luminaribus sancti Maurini gloriosi Martyris concedere deberemus, quod ista & fecimus, &c.* Unde cum hoc jus erogandi praebendas Rex Decano ipsius Ecclesiae concessisset, in eumque transulisset, Decanus, & Canonici in praesenti specie allegabant litteras impetratas ad praebendam proximè vacantiam in ipsa Ecclesia concedi debere, expressè ipsius praebendae innata qualitate, videlicet quod ad Regem ejus collatio spectabat; eam tamen excusationem Decani, & Capituli, ut frivolam rejecit Innocentius in praesenti, & meritò, cum collatio ipsarum praebendarum residens penes Decanum redierit ad suam naturam, & ad communes juris canonici regulas, juxta quas plenissima beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio semper est penes Pontificem, *cap. 2. hoc tit. 106.* Et licet ex jure quod Rex Galliae in Decanum transulit, Decanus ipse praebendas conferret; tamen Pontifex praebendas etiam juris patronatus Ecclesiastici conferre potest, *cap. cum dilectus, de jure patron. docet Boëtius Epon. 99. b. r. d. tit. de Regalibus, num. 15.* unde rectè Pontifex in praesenti praedictam Decani allegationem ut frivolam rejecit.

CAPVT XXXV.

Gregorius IX. (a) *Argentinen. Episcopo.*

Super inordinata ordinatione. *Et infra:* Cùm autem illi sint in Ecclesiis idonei reputandi, qui servire possunt, & volunt in ipsis; consult. r. respondemus, quod pueri, & beneficiati, qui non possunt in eadem Ecclesia deservire, in ea non debent idonei reputari.

NOTÆ.

(a) *Argentinen*] Argentinenſis civitas est in Germania, habetque nobilem Ecclesiam Cathedralẽ, cujus mentio fit infra in cap. *Venerabili*: à principio fuit Canonicorum Regularium, ut referunt Pennotus lib. 2. *hystor. Canonic. Regular. cap. 39. num. 1.* Chopinus lib. 1. mo-

nast. tit. 3. ejus Episcopo Antoldo missa est præfens decisio, qui fuit Dux Trecentis; & licet pacis amantissimus, Henrico tamen Friderici II. filio Ecclesiam vastanti occurrentes, eum profligavit: vixit ad annum usque 1263. Commentarium hujus textus dedi in cap. eam *te de atate & qualitate.*

CAPVT XXXVI.

Idem Archiepiscopo & Magistro R. (a) *Turonensi.*

Causam, quæ inter Aurelianen. (b) Episcopum, & I. de Bleſis Canonicum Sanctæ Crucis super integratione præbendæ ipsius Canonici vertebatur, vobis duximus committendam. *Et infra:* Consultationi tuæ taliter respondemus, quod nostræ intentionis non extitit, ut pro integratione præbendæ supradicti Canonici præbenda de novo aliqua (c) scinderetur.

NOTÆ.

Chenu in serie Archiep. Turon. num. 71.

(b) *Aurelianen.*] Beatum videlicet Philippum I. ut refert Chenu in serie Episcop. Aurelianen. num. 71.

(c) *Scinderetur.*] Juxta adducta in cap. *majoribus* 8. hoc. tit.

(a) *Turon.*] Ivellio videlicet de Matefelon, qui postea fuit Archiepiscopus Rhementis, & anno 1244. post Concilium Lugdunense profectus fuit ad bellum sacrum, ut refert

CAPVT XXXVII.

a Idem.

Venerabilis frater noster (b) Portuen. Episcopus supplicavit, ut cùm quandã præbendam, quæ Argentinen. Ecclesia tamdiu vacaverat, quod donatio ejus erat ad Sedem Apostolicam (c) devoluta, I. clerico (d) contulerit, dum in illis partibus legationis officio fungeretur, suam collationem benigno prosequeremur affectu. Verum procurator Argentini Capituli proposuit ex adverso, quod idem Capitulum hoc audito, (e) consuetudinem allegans antiquam, inviolabiliter observatam, juxta quam nisi nobilem, & (f) liberum, & ab utroque parente (g) illustrem, honestæ conversationis, ac eminentis scientiæ in suum consortium hæcenus admiserat, ne contra hoc fieret (maximè cùm nulla tunc præbenda vacaret antequam monitorias, vel executorias litteras recepisset) ad Sedem Apostolicam appellavit. *Et infra:* Nos igitur attendentes, quod non generis, sed virtutum nobilitas; vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum servitorem, ad cujus regimen non multos secundum carnem nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, ac pauperes, eo quod non est personarum acceptio apud ipsum, & vix ad (h) culmina dignitatum (nedum ad præbendas viri eminentis scientiæ valeant reperiri, exceptiones hujusmodi non duximus admittendas. *Et infra:* Discretionis vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit prædictam præbendam vacasse, quando ipsam dicto I. (i) Episcopus contulit memoratus ipsum ad eam recipi faciatis.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

Q

NOTÆ

NOTÆ.

1. (a) **Dem.]** Gregorius videlicet, cujus integrâ epistolâ cum careamus, agnoscere non possumus, quibus rescripserit in præfenti, Capitulone, vel Episcopo Argentino, aut alii.

(b) **Portuensis.]** Otho videlicet Blancus de Aletano, Diaconus Cardin. tituli Sancti Nicolai in Carcere, à Gregorio IX, creatus, celebris tum doctrinâ, tum nobilitate. Plura de eo refert Vigelius *tom. 1. Italia, in Ecclesia Portuen. num. 39. fol. 158.*

(c) **Devoluta.]** Per quem temporis lapsus devolutio hæc fiat ad Romanum Pontificem, exposui in *cap. 2. de supplend. neglig.*

(d) **Contulerit.]** De potestate Legati circa beneficia vacantia reservata, vel non, egi in *cap. dilectus, de offic. Leg.*

2. (e) **Consuetudinem.]** De hac Ecclesia Argentinensi, & ejus Episcopatu hæc scripsit Bucelinus *p. 1. Germania sacra, fol. 6. Potentissimus omnino Episcopatus, cujus Canonici à multis sæculis, non nisi è summa nobilitate adlecti, comprobata plurimis majoribus, Libera, Baronibus; multi item ex Principum Maximorum familia explenduerunt. Sunt enim plures Ecclesia & monasteria utriusque sexus, quæ non nisi nobilibus patent, ut de Herbipolensi Ecclesia refert Albertus Argentin. in chron. ibi: Episcopus Herbipolensis civitatem Herbipolensem potenter obsedit pro eo, quod unus Civitatis, præbendam Ecclesia Herbipolensis contra Ecclesia consuetudinem, quæ nunquam Civitatis accepit, impetravit à Sede. De cœnobio Lunenburgensi hæc ait Paulus Langius in chron. Lunenburgensis cœnobii Monachi omnes nobiles secundum sæculum existunt, nec in eo nisi ingenui suscipiuntur. De aliis Monialibus Germaniæ idem tradit Jacobus à Vitriaco *lib. 1. histor. Occident. cap. 31. ibi: Hæc signum adeo personas accipiunt, quod non nisi filias Attilium, & Nobilium in suo collegio volunt recipere. Illustrat Alteserra de Ducibus *lib. 2. cap. 8. fol. 166. Idem puritatis statutum in nostra Hispania viget in Ecclesia Toletana, Monasteriis Monialium Ordinis D. Jacobi, & aliis, cujus statuti rationem probavi in cap. 7. de rescriptis.***

(f) **Liberum.]** Ut exposui in *cap. 1. de serbis non ordin.*

3. (g) **Ab utroque parente illustrem.]** Ut etiam ajebar Ivo Carnot. *epist. 5. ibi: Ex utraque linea descendens nobilitatem generis, &c. quam nobilitatem veteres appellabant æquam profapiam, ut Cyprianus ait in vita sancti Casarii: Sanctus ac Beatissimus Casarius Arelatenis Episcopus, territorii Cabilonensis fertur fuisse indigena, cujus parentes æquâ profapiâ, quod est illustre & præcipuum nobilitatis exemplum, præcunctis civibus suis fide & moribus floruerunt. Et fallitur editor putans locum mendosum esse, & reponens pro æqua, egregia, ut jam notavit Iuretus ad *l. 2. inem dist. epist. 5.**

(h) **Culmina dignitatum.]** Id est, Episcopatum, ut post Glossam verbo *Dignitatem, in cap. 2. hoc tit. docuerunt Chassaneus, & Fuscus relati à Barbola de potest. Episcopi alleg. 1. num. 4. unde Episcopatus non dicitur dignitas, sed dignitarum culmen. Germonius *lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 9. num. 9. Borellus in summa decis.**

tom. 1. tit. 6. num. 6. Lotharius de re benef. lib. 1. q. 9. num. 68.

(i) **Episcopus Legatus.]** Videlicet qui ut Legatus beneficia ad Sedem Apostolicam devoluta conferre potest, ex traditis in *cap. dilectus, de offic. deleg.*

COMMENTARIUM.

TAm Jurispetiti quàm Pollici latè disputant, utrum in Magistratibus, tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus conferendis, nobiles plebeis præferendi sint, vel è contra? Et nobiles præferendos non esse, si adetur ex eo, quia non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum faciunt, & idoneum Deo servitorem, qui ad regimen Ecclesiæ non secundùm carnem nobiles, ac potentes elegit, sed humiles, ac pauperes, *cap. recurreat. §. hinc ut 32. q. 4. quia apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur, cap. sicut excellentiam 23. q. 4. cap. nos qui 47. dist. ulterius quia officia Republicæ magis petunt virtutem, quàm nobilitatem, ut probant post D. Thomam de regim. lib. 4. cap. 15. Joannes Kochier *lib. 1. polit. cap. 4. Nicolaus Bello de statu polit. lib. 1. ducurs. 51. & lib. 3. ducurs. 6. & ut Marius dicebat, nobilitas ex virtutibus cœpit. Tiraquel. de nobilit. cap. 4. num. 3. Joannes Garcia eod. tract. glof. 18. num. 5. Theophilus *tom. 4. lib. 6. sect. 2. q. 18. nam ut ajebat Cassiodorus *lib. 5. variar. cap. 12. Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. Eleganter Seneca *epist. 47. ibi: Non ministerii illos estimabimus, sed moribus: sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Quid enim oberit parens plebejus, si filius præclarum virtutis specimen exhibet, & publicis officiis aptissimus existit, Unde Romani, etsi nobilitatem præteritam facerent, tamen primum locum viris præclaræ virtutis dabant. Halicarnassensis *lib. 3. ibi: Apud nos Magistratus, & honores deferuntur non divitiis, non hiis, qui longiorum majorumque indigentiam possunt ostendere ferremus, sed dignissimis, nulla enim altare, quàm virtute hominis nobilitatem constare dicimus. Idem de Polonis refert Canonerius *volum. 1. aphorism. pag. 355. De Turcis Laurentius Rilemberg. de polit. Turc. cap. 4. Accedit, quia si Magistratus tantum, publicæque officia, & honores nobilibus deferrentur, deficeret calcar virtutum; si quidem prætorum exhortatione mortales in virtutum sentiam duentur; unde magis illi, qui ex se, quàm qui longius ab origine merita repetunt, laudè digni sunt, ut docuit Carolus Scribanius *lib. 2. de iustit. polit. cap. 10. ubi dum de personis eligendis ad munera publica agit, ita ait: Quid volēs nobilitatem, parentes nimirum vestros magnos, factique ac virtute præclaros desideras. Verum quò tibi fortuna majorum, facta morum hæc fuerunt? tua vos sunt, neque virtutem cum semine parentes transfundunt. Nec desunt exempla eorum, qui infimo loco nati, ad principatum, & res magnas gerendas evekti fuerunt. Angustus avum habuit argenterium, patrem ad stipulatorem. Cicero *epist. ult. ad Quantum fratrem. Pertinax Imperator libertino patre natus est. Dio *lib. 76. Plato gladiatorem, Socrates marinarium, ut probat Theophilus *tom. 4. fol. 897. De Maximo Valerio Anastasio, & aliis idem refert Scet. nobornetius *lib. 2.************

lib. 2. polit. cap. 4. ita docuerunt plures congesti à Barbolo de Canonis cap. 132. & voto 93. D. Joan. de Larrea decis. 41. Contrariam tamen sententiam, immò nobiles cooptandos esse in Magistratus, sive Ecclesiasticos, sive sæculares, plures docuerunt, quos noviter sequuntur Junius tom. 1. polit. cap. 10. Cretolius lib. 2. mystag. cap. 4. Kochier lib. 5. polit. cap. 2. Rouffellus lib. 2. histor. Pontif. jurud. cap. 5. num. 19. Bobadilla lib. 1. polit. cap. 4. Angelus & Stephanus Garonius de Senatoribus lib. 1. tit. 4. cap. 2. pro quibus faciunt Halicarnasseus lib. 2. ibi: *Tunc Athenensium Republica florebat, quando Patricios, penes quos fuit civitatis regimen, ex illustribus familiis delibebant.* Facit illud Deuteron. capita 7. *Talis de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles: constituit eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, ac decanos.* Fulcitur etiam hæc prælatio nobilium ex l. honor. 14. §. de honoribus, ff. de numer. & honor. l. honores, §. is qui, ff. de Decurion. l. 1. C. de condit. in publicis horreis, lib. 10. l. ad subenda 45. C. de Decur. eodem libro. Ex pluribus plura congerit pro hac sententia D. Ioannes de Larrea decis. 41. Accedit etiam, quod humili loco orti & erecti impudenter se gerunt, pristinae suæ conditionis immemores. Claudianus lib. 1. in Eutropium,

Asperum nihil est humili cuncto surgit in altum;

Cuncta ferit, dum cuncta timet, deservit in omnes,

Ut se posse putet, nec bellua terror ulla est,

Quam servit rabies in libera colla furentis:

Agnoscit gemitus, & pœna parcere nescit.

Quam subit; dominique memor, quem verberat, odit.

Quare nonnulli Carolum Magnum, & Ludovicum filium non leviter perstringunt, quod obscuros & nullius nominis homines ad lummos Ecclesiasticos honores evehebant, ut referunt Theganus in vita Ludovici Pii, cap. 20. Filescus in querel. Eccl. Gallic. licet eos ob temporis conditionem excuset Turtureus in sacello sacro, cap. 5. Sed hæc omnia utriusque sententiæ fundamenta, non tam contraria sunt, quam diverta; ita enim possunt accipi, ut eligantur ad officia, seu munera publica illi, quos virtus, quos genus præcipue reddunt commendabiles. Virtus primum, & præcipuum fundamentum est, nam qui probatæ vitæ sunt, ceteros antecedunt, l. 6. C. ad leg. Juliam repeund. l. 1. in fine, C. de offic. Magistr. milit. Genus autem ut postremum quærat; & si pariter virtutibus pollent nobilis, & plebejus, eligatur nobilis; si autem differunt, quia alter nobilitate clarescit, alter virtutibus & litteris floret, iste eligatur omisso nobili, ut latius prosequuntur Bobadilla dicto cap. 4. Larrea ubi supra.

CAPVT XXXVIII.

(a) Idem.

Um olim (b) Priori Sanctæ M. dederimus in mandatis, ut Gu. Diacono in aliqua Ecclesia civitatis, vel diœc. Luc. auctoritate Apostolicâ provideret, idem præfatum Gu. Ecclesiæ sancti Petri de Vico Rectorem, auctoritate hujusmodi nîsus est designare, in qua Rector ab ejusdem Ecclesiæ clericis eligi consuevit, excommunicationis sententiam nihilominus proferens in rebelles. Cùm igitur mandatum hujusmodi se ad talia non extendat, nec ad Rectoriam, vel (c) Dignitatē nostrā feratur intentio, cùm pro simplici beneficio nostrā manat; mandamus quatenus, tam institutionem hujusmodi, quàm excommunicationis sententiam propter hoc latam denunciare non tenere.

NOTÆ.

(a) Dem.] Gregorius videlicet IX. Et licet non constet, cui rescribat, credi potest rescribere Episcopo Lucensi Marco Guercio dicto, qui à Gregorio IX. electus & consecratus fuit anno 1236, ut refert Vighellius tom. 1. Italicæ sacræ, in Ecclesiâ Lucensi, num. 63.

(b) Priori.] Non autem similes litteras monitorias, vel executorias direxerat Episcopo Lucensi, quia his temporibus Lucensis populus in Romanam Ecclesiam, & Lucensem Episcopum nonnulla perpetraverat: quare Gregorius IX. vinculo excommunicationis eum innodavit, civitatem Episcopali dignitate privavit, remotoque Opizone Episcopo, vices suas commisit Florentino Episcopo, ut refert Vighellius ubi supra, num. 62.

(c) Rectoriam, vel dignitatem.] Consonat textus in cap. 4. hoc tit. in 6. cùm litteræ hujusmodi

expectativæ sint odiosæ, cùm per eas juri ordinariorum collatorum derogetur, idè non sunt ampliandæ, sed restringendæ. Unde dubium est, utrum in hujusmodi mandatis de providendo beneficio comprehendantur præbendæ Ecclesiæ Cathedralis? Et comprehendi ex cap. pro illorum 22. hoc tit. cap. in 32. de verb. sign. docuerunt plures congesti à Garcia de benefic. l. p. cap. 6. num. 54. Sed rectius ex ratione supra allata contrarium tenuerunt Corrafinus de sacerdot. l. p. cap. 5. num. 5. Quintanadvennas lib. 1. Eccles. cap. 3. num. 14. Cæsar de Eccles. hierarch. disp. 12. num. 39. quæ sententia limitanda est, quando in ipsa Ecclesia non sunt alia beneficia nisi præbendæ; tunc enim ne illusorium reddatur rescriptum, licet simplex sit ut provideatur de beneficio, poterit de præbenda provideri, ex regula textus in cap. in his 30. de privil. docet Suarez de legibus lib. 8. cap. 28. à num. 2.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

Q 2

TITULUS

Handwritten notes and stamps on the right margin, including the letters 'A', 'Z', 'G', 'V' and some illegible scribbles.